




BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



DOMITIVS CALDERINVS. MARTIALIS. GEORGIVS MERVLA.



DOMITIVS CALDE.IO.FRAN.LODOVICI PRIN.MANTVANI FILIO SALVTEM.

NOn fuiſſent tot exemplis editi cõmentarii noſtri quos ſuplore æſtate emiſeramus niſi tu magna ex parte ĩpuliſſes q Martialis ingeniũ amas & iocos ĩ ſago ac caſtris aliqñ legeẽ ſtatuiſtis nam cũ Homerus Mantuanus ciuis tuus quẽ græcũ Alexander perpetuum commitẽ habuit inter tubas tñ canat. Nunc qm̃ odium eſt a bellis illius lectione intermiſſa huius ſalibus: quẽ uerus imperator Maronem ſuum appellabat: animum in æſtiuis relaxabis. Hereditaria.n.tibi ſtudia ſunt nec ab his diſcedere potes: niſi cum maioribus tuis: cum lodouico patre doctiſſimo principe te indigoũ filium fateri uelis: ſed cum domeſticam laudem ac nobilitatẽ facile ſuſtineas humanitate: prudentia: rei militaris induſtria. ſtudio quoq; litterarũ quæ a domo tua omni tempore cultæ & ornatæ fuerũt: dignũ te præſtas Gonzaga familia: Franciſcoq; imprimis cardinali fratreq; dignitate oium in ſe beniuolẽtia: ſingulari uirtute: quod accepit a familia nois: uel illuſtrabit: uel certe integrũ propagabit in poſteros. Vnũ illud abs te magis atq; magis peto: & ſi pateris cõtẽdo: ut ſi forte in ſcripta incideris qbus laborum noſtrorum accuſatio contineaẽ: loca de qbus diſputabiẽ cõferas: nec q ego dixerim ex calũniatoribus audias potius: q̃ ex cõmentariis nr̃is cognoſcas. Quoſdam.n. hæc noſtra lucubratio ita offendit: ut de ſuis rationibus actum putent: niſi calumniis: iurgiis: cõtumeliis me de laudis poſſeſſione deiecerint: & cũ multis aptiſſimiſq; rationibus noſtra probari intelligant: ea ab ſe accepta & mihi tradita fuiſſe inſigni mẽdacii uanitate affirmant. Quanti ſe faciunt dii boni: q̃ ſe & ſua amãt ſine riuali. Remitto illis oẽm reprehẽſionẽ modeſtiæ.n.meæ. Qua eorũ inſolẽtiam iãdiu ſuſtinuit: me adhuc nõ pœnituit: ſed eos libero eo metu & dolore. Ex iis.n.q olim iactabãt tñ aſſuit: ut quicq̃ probari: ut ne ea quidem in commentariis noſtris uſq̃ conſutare libuerit: ne in araneas: ut in puerbio eſt arietẽ agere uiderer. Quid.n. falſum eſſe demõſtrare oportuit. Laureolũ apud Martialem mimum eſſe ſyrios tumores callum ſeruorum: lacertum ſaxetanum: id eſt inter ſaxa uerſantem: Vare paretonias lata uoce: ptolaria uite: Menſis ſorptita ſecũdis ꝓ ſcribilita clemens eliconis io oras ꝓ elicationis oras: quæ cuperet prius eſſe ſua: ꝑ q cuperet pactius eſſe ſua: ſed quid ego iſta cõſector. q pene infinita ſunt: paratus eſt (ita me deus amet) ad editionẽ libellus: i quo ſupra ducenta eorum errata: & ea qdẽ cũ puerilia: tũ aperta collegimus: quod altera epiſtola factutũ pollicitus ſum edidiſſem q: niſi Ioãnis lodouici tuſcani: & Marci Lucii Facini conſilio uſus eſſem: quorum uterq; & doctiſſimus & mei amantiſſimus me iniuriæ obliuiſci maluit: q̃ ulciſci. Id quũ ad optimarũ artiũ ſcientiã & humanitatẽ: quã profitemur pertinere uideatur, ſecutus ſum eorum uoluntatem ac iudicium: qđ ẽt ea de cauſa libenter paſſus ſum: ne Laurentium Medicem meum offenderem. qui pro ſua grauitate: ſapiẽtia & calumniatorum leuitatem aſpernatus eſſet: & in me deſideraſſet facilitatẽ: ad quã ipſe natus eſt & inſtitutus: itaq; ualebunt iſti. Tu quid ad laurentium noſtrum ſcripſerim leges: ac mihi aderis teſtis earũ laudũ quæ in homine eximiæ ꝑfectõ: ac ferme innumerabiles ſunt: cui nõ ſolum me non pœnituit has uigilias dicaſſe: ſed meæ erga illum obſeruantiæ immortali & fidei nulla ex parte ſatiſfactum eſſe arbitror. Laurẽtii cauſa ſuſcepti ſunt hi commentarii: Lau. dicati Laurentii eſt Domitius. Vale.

DOdo uolumen dicatum Laurentio.

Odiſti Vigiles liber lucernas:
Et ſignum calamani ſeuerioris.
Clarus conſpicuæ nitore ueſtis:
Egreſſus foribus tumens uagaris:
Nec turbæ metuis ſubire naſũ:
Docto q potuit placere Syllæ:
Sed currũt pueri ſalariorum.
Iſtas qui lacerent tibi lacernas:
Et tynnis faciãt nouos cucullos.
Quid demũ trepid⁹ ſedis tẽtas?
Clauſa eſt ianua: ſi liber ualebis.

Domitii Calderini Veronenſis Commentarii in. M. Valerium Martialem ad clariſſimum uirum Laurentium medicem: Florentinum Petri Medicis. F.

Domitius chalderinus Veronenſis Laurentio medici Salutem.

IN omni ciuitatis adminiſtratiõe ꝑclare actũ arbitrari ſoleo laurenti: Si qs cũ maiorũ ſplẽdore & opibus: tũ ſuis laudibus: ita oĩ nũero exiſtat: ut ad eum & gra apud ciues & apđ oẽs autoritate publica rerum rõnum cõſilia deferanẽ: q nõ modo Plato excellẽti doctrina philoſophus & diuino ingenio uir ĩ ſua illa repu. exqſitiſſima: quã ſupra mortaliũ cõditiõẽ cõſtituebat optare uiſus ẽ: ſed oĩs antiquitas ĩmortali ſtudio & ĩduſtria ſp eſt ꝓſecuta. Nã ĩ græcorum exercitu: quẽ Ariſtoteles ad ciuitatis formã ꝑclaro Homeri ingenio & carmine ex oĩ primũ memoria inſtructum fuiſſe ſcri. niſi primas tribuiſſent ducibus: uel inteſtinis ſeditionibus labefacti: uel diuturna oppugnatione feſſi rebus infectis in patriã aliqñ reuertiſſent. Nec iis in locis: in quibus bñ ĩſtitutæ reip. ueſtigia poſtea aperuiſſe memoriæ ꝓditũ eſt: domeſtica amplitudo: & hæreditariũ nomen defuit: quod a cũctis priuata pietate & publico cõſenſu maxĩe obſeruareẽ: Barcinii Carthaginẽ: Dorii cretã: Reges lacedæmonẽ: Alcmeõii athẽas ſublatis ſimultatibus ĩ officio ſæpe ĩſigni autoritate cõtinuerũt: atq; ea una re ſuis ꝓfuerũt plurimũ & cõem tutari ſũt utilitatẽ. Id cũ maxĩe optãdũ ſit liberæ ciuitati: tũ quẽquã id dignitatis aſſeq & ꝑſtare: ut ſine impio ſuorum hoĩum uolũtate & cõſilio ipſe potiſſimũ colaẽ: diuini cuiuſdã aĩ & ſingularis uirtutis ẽẽ exiſtimo. Nã ut a rege diſcedamus: quẽ Plato tãto ꝑſtantiorẽ ẽẽ hũano gñe oportere ſcribit: quãto diuina natura ipſe ſit ĩferior: ut eũ optare qdẽ debeãt oẽs: ſperare poſſit nemo. Quẽ tandẽ populus libertatis tuẽdæ & cõſeruãdæ ſtudioſus amplectaẽ potius: q̃ qui accepta a maioribus ornamẽta oĩa: opes gratiam uirtutis laudem adæquabilem ſuorum ſocietatem conferat: nihil ſibi aſſumat ſeorſum: oĩa publica cauſa uelit & capiat. Hunc quicunq; populus natus fuerit ciuẽ eũ & ꝑ beate agere cõtenderim: & perpetua libertate fruiturum Facile ſuſpicari licet. Hæc tu oĩa Laurenti adeo cumulate ꝑſtas populo florentino: ut minus mirandum ſit: ſi publica eis cõmoda: quorum acceſſio maxima facta: eſt intra paucos annos æterna trãn



quilitate constituta in dies summa cum laude augentur.Nam cum tibi summa oĩa contingerint quæcũq;
uel ab amplissimorum maioꝶ gloria uel a fortunæ commodis proficisci solent ea al facilitate uirtute sa/
pientia cum tuis ciuis ut non modo pristinam domus tue dignitatẽ in te residere patiant sed maiorẽ &
optẽt & deserãt quottidie.Fatent.n.te Cosmi aui tui cuius nomẽ immortale nullis unquã lrarum monu
mentis satis celebrabitur & Petri patris.uiri pstãtissimi ita hæredẽ esse.ut quũ optandũ esset te alterũ imi/
tarĩ:alterũ uix sperare auderent:utriusq; ingeniũ & uirtutes clarissimas singulari moderatiõe susceptas
in te uno intueant.Illud uero admirant pluriműq; qd cũ cosmi senis grauitate & sapientiã sustineas: nil tñ
de comitate remiseris.Quæ ista ætate iuuenili.qua es:maxie oibus iucũda esse solet:hinc illud nimirũ es
cõsecutus:qd semp habitũ est difficillimũ:ut idẽ te amẽt & colant.In senatu consilioꝶ autorem sæpe reti/
neant Domi cõsuetudinem expectant:tuam ubiq; amplectant:& suis laudibus extollant.Oĩ uero iniuria
in tãtis opibus ita abstines:ut aliqñ tibi inferri ob id unũ doleas uehementer:quod si ueteris:ne ppulsan/
do offendas.Omne.n.studiũ cogitationẽ aium ad beneficentiã contulisti tuoꝶ primũ ciuiũ: qd officiũ rõ.
postulat:tum externoꝶ oĩum.Omniq; orbis emporio hoies habes:nõ magis qui tua gerãt negocia quæ
maxĩa & honestissima sunt:quã q multos officiis & liberalitate tibi denunciẽt:ita quos nũq; uidisti hoies
& pĩcipes & tota Europa & magna Asiæ parte tibi se debere pfitent. Nemo unq; de tenuit tuis beneme
ritis pauciora accepit quã uolebat:multi plura tua mũificẽtia:quã sperabãt.Moderationẽ uero al illd ma
xie declarat:qd cũ ciuiũ eximia in te beniuolẽtia & studio amplissimo loco sis:ita te intra tuũ ordinẽ & di
gnitatis cõditionẽ cõtines:ut quũ nihil tibi arroges reiicias in alios quãpluria.Quibus moribus nõ modo
patriæ charus & iucundus semp fuisti ciuis:sed uel nñi uel externi principes:aut tuã ineũt amicitiam:aut
certe exoptant.Eos ut omittã singulos.Petrus antistes diui Sixti:quẽ opibus & gratia apud Pont. Maxi.
florentissimũ esse intelligis quũ superioribus diebus pontificũ suffragiis Præsul florẽtinus declarat9 eẽt:
nullã in eo rẽ cõmodiorem duxit:quam q pietatis necessitudine & religione tecũ cõiunctus eẽt cuius.ui/
ri & principis iudiciũ maximi faciẽdũ eẽ nõ ignoras.Nã q̃uis incredibili quodã fauore ingentes diuitias
& honores sit cõsecutus.quãtos & antea paucissimis in eo genere cõtigisse legimus:& nr̃a ætate memini
mus:nemini tñ eũ se præstanita oĩs bonas artes ad pristinũ decus & gloriã reuocare studetur: quẽ nunq;
ad eũ locũ peruenturũ cogitauimus:ampliore dignũ fateamur:habeamusq; grãs fortũæ:q tantã ingenii
& uirtutis laudẽ nr̃a memoria in mediũ & lucẽ publicam pduxerit.Ego quoq; q ad me attiet: ita tua oĩa
admiror & laudo:ut ea nõ mõ sempiterna fore confidã:sed si in his augẽdi locus est cumulatissima eẽ cu
piã.ad tuã.n.beniuolẽtiã cõparãdam:nec maioꝶ imagines quæ nullæ sunt:nec diuitias quaꝶ iamdiũ spe
ctator potius fui q̃ possessor:affero:sed obseruãtiam fidẽ al uoluntatem egregiam:q̃ tu in his probare so
les potissimũ:q in tuoꝶ numerum & ordinẽ asciscunt.Quũ ita affectus essem:audirẽq; superiori anno ro
mæ.ex sermone:qui de te institutus fuerat inter cæteras laudes tuas:quæ maxime & ferme innumerabi
les sunt:ingenii acumen quoddã & extẽporalẽ urbanitatẽ laudari summopere:nihil tibi maius quod qui
dẽ efficere ualeã præstari posse arbitratus sum:quã si.M.Valerii Mar.epigrãmata iterpretaret.Qui.n.apd
nostros:aut urbanius laudet:aut in eo genere scribat elegãtius.Est nemo plane:ut pro certo habeam.M.
Ciceronem:qui cordubenses poetas peregrinũ qddã sonare scribit:aliqd de snia sua remissurum fuisse
si hunc unũ Hispanũ aliqñ ei legere contigisset:ita.n.linguæ urbanitate eruditus est:ut & si illic nõ est na/
tus tñ nõ alibi q̃ in urbe didicisse uideat.Sermo in eo quottidiano usui proprior:q̃ affectatæ sublimitati
sed dum suas rebus singulis appellationes reddit.& uerba fingit noua:nũq̃ & in obscœna incidit sæpissi/
me ea tñ obiurgatõe:ut alienũ potius turpitudinis:q̃ eius uitæ testimoniũ accipias uitia.n.tam aperte no
minat quã imprudenter cõmisit qui reprehenditur.Sales præterea arguti:& qui repente moueant plu
rimũ.In rebus uero uel minimis enarrandis tanta est copia:quantũ uix res ipsa capiat i quo ad lgẽii usq;
ad ostentationem uersatur.Nusq̃ obscurior:quã ubi peculiarẽ sibi assumit elocutionem.Latent uerborũ in
uolucro plerũq; aculei:quos modo admouet:mõ emittit.Ambiguitate in primis suspensum auditorẽ cir
cumscribit:quem uni intentũ parti altera occupat.Deniq; delectat oẽs:alienat neminẽ.nã eum quoq; qui
dicto læditur:risu retinet.Tanta uero in eo est reꝶ cognitio:quãtum in nullo apud nostros esse cõtende/
rim:ut diuus quoq; Hieronymus librum hunc in manus aliquãdo sumpserit.In his explicãdis multa uel
ex græcoꝶ latinorũq; disciplina:uel nulla studii intermissione me animaduertisse affirmauerim:q̃ iãpridẽ
aut incognita habebant:aut certe parũ recte tradita fuerãt:in quo facile redargui patiar ab æquo iudice
qui opus nostrũ legẽs aliter statuerit.Idẽ efficere studui superiori triẽnio:quo Romæ publica mercede do
cui in Sillio:Cicerõe:siluis papinii aliisq; quos pfessi sumus scriptoribus.Quãtũ uero i eo sim assecutus
alioꝶ sit iudiciũ illud certe pdicare nõ desistã.& constantissime tueri in iis.M.Valerii commẽtariis : quos
olim tuo noĩe suscepi & nup dicaui tibi si minus ingenii & doctrinæ:laboris certe & Idustriæ nostræ lau/
dẽ existere.Quinq; habui codices uetustissimos & eos quidem admodum emẽdatos:sed quædã occurre
bãt aliqñ adeo:uel ambigua:uel remota:ut una tñ dictio per complures dies sæpe me suspẽsum habue/
rit.Postremo non defuit:qui lucubrationẽ nostram maledictis interpellaret.Quidam.n.I meam de quo/
dam loco sniam edita epistola grauissime inuectus est cui qd respõderim in fine huius operis leges.Mul
ta condonaui familiaritati:qua mecũ olim coniunctus fuerat:nihil tñ remisi de rationibus nostris : quas
omni ut arbitror ex parte:uel ipsi qui reprehenderat probauimus.In toto uero opere eadẽ leges aliquã
do repetita nulla quidẽ obliuione:sed consilio.Nolui.n.si quis quid de uno tantum epigrammate senti
rẽ fortasse q̃reret aliqñ:eũ alibi scripta desiderare.ita nec te offenderent:nec lectorem inconstantẽ haberũt
Hos igitur commentarios ab homine tibi deditissimo accipies.& quum per tuas licuerit occupationes:
uel solus

uel solus leges uel una cum uiro doctissimo Gentile Vrbinate. Qui cum Mar. argutias epigrãmate exprimat nõ poterit nõ iis delectari: in quibus tam suum agnoscet ingẽium q̃ illius admirabile: si qua uero aliquã uel eadem uel his sĩlia in aliquorum manibus esse audies: nihil est cur mireris magnopere. Nam auditores q̃dã huius generis cum imprudenti mihi quottidiana surripuerũt consuetudine: sum a docẽte publica ꝓfessione exceperunt quæ aliq̃n in lucem prolatum iri facile conlicio: inuersa quidem illa atq; haud scio an ẽt sub alterius nomine. Nõ enim desunt qui nostras sibi uigilias & labores uendicare studeant: sed in illis complura esse non dubito: q̃ castigatione indigeãt. Sunt. n. non tam uerbis nostris tradita quam alieni studũ calore suscepta. Itaq; hoc uno exẽplo & perfici debebunt: si inchoata erunt ac rudia & facile refelli poterunt: si omnino aliena uidebuntur. Nam suo iure ad te pertinent oĩa. cuius unius causa hæc a nobis peruestigata & elaborata fuerunt. Vale.

Vita Martialis in commentarios: quos Domitius Calderinus edidit.

MArcus Valerius Martialis in Hispania bilbilim patriam habet: quod ipse cum alibi: tũ eo carmine indicat: Nec me tacebit bilbilis. Est ãt oppidũ non ignobile in celtiberia & Strabonis testio nio & Settorii pugna: q̃ illic aduersus Metellum dimicauit Solone fluuio ꝓximo ex ferri temperatura inclito: q̃d ipse nõ tacuit: Videbis inquit altam liciane Bilbilim: eq; & armis nobilẽ præterea: Quam salo ferri temperator ambincel tiberum si profiteiur: Vir celtiberis non tacendæ gentibus nostræq; laus hispaniæ. Parentes romana appellatione Frontonem & flaccillam nominat: Obscuros quidem ac filii tñ testimonio uix cognitos Litterarum causa: Romæ: cũ ageret ingeniũ nulli studioꝝ generi accommodare potuit quãuis alũ ad causas agendas: alii ad carmen heroicum & iustũ poema hortarentur: præter quã epigrãmatis scribẽdis occii & epicureæ sectæ. quam ueram uitam appellat. Supra Horatium Catullum aliosq; poetas studiosus tenui supellectile contẽtus: suos hortos i ianiculo admirat: q̃uis tenues: ac nomentanũ iactat: in ꝑdii donati ab amico. exiguitatem festiuo carmine iocatur. Cum iam ætate ad senectutem ingrauescentem reꝝ urbanaꝝ tedio affectus: esset rediit in hispaniã peragrata prius Gallia cisalpina. Vnde quartum librum emisit. Ita. xi. epigrammaton editis triennio tacuit. Demũ hortante prisco amico: qui & ipse in patriã ab urbe redierat. xii. addidit: in quo Neruæ & Traiano assentat: clam dãnatis Domitiani tpibus. quibus seruili ferme adulatione blanditus fuerat nõ suo magis ingenio quã imperatoris arrogantia: qui diuinam adorationem a suis exegit. Amicos coluit poetas: Stellam i primis & siliũ italicum nec publicis caruit honoribus equestri donatus dignitate: prætura & iure triũ liberoꝝ. i Hispania obiit non sine Plinii ẽi mœrore q̃ epistola quadã sua cũ poeta familiaritatem testatus eum & defiet & laudat summopere. Acri igẽio epigrãma cõposuit: cuius lex est ut iocãdi cauillãdi deridẽdi licẽtia lasciuiat: nudis uerbis prope satyricum: urbanitate ciuile. Deniq; nihil sit: quod aut felle nõ aspergat: aut risu non condiat. Assurgit nonnunq̃ in magnitudinẽ heroicam: sed ꝑ raro: ut illud. Tãta tibi ẽ recti reuerẽtia Cæsar & æqui. Heroicis tñ numeris abstinet: q̃uis id. & solere & posse fieri contendat. Inserunt uerba græca imitatione Pytholeontis Rhodii: qui primus ita scripsit epigrãma: Lucilius reprehendit q̃d ĩ satyra idẽ fecerit. Verba sũt: nec figuris poeticis sublimia: nec humãitate quottidiana depressa: ita mediã quãdã elocutionem seruantia: ut proprium retineant locum. Corpus epigrãmatis sua constat dimẽtiõe quã si uersuum numero prætergrediaris optatum amittas leporem. Affectus sæpe tentat: quos oĩs ultĩa effundit periodo. hæc ita a Mar. seruata sunt ut & græcos superauerit: quamuis apud illos uix singulis epigrãmatis claruerint pauci, & solus in hoc scribendi genere apud latinos elaborasse ac ꝑfecisse uideat. In lasciuioribus habet autores Augustũ Cæsarẽ: q̃ libello epigrãmaton magna licentia lusit: & Lucanum: & qui pharsalia sua intermissa in eo lasciuisse ostẽdit: Marsum præterea Pedonem Getulicũ & Catullũ: Ipse opus suum in hunc ordinem redegit: quo legit præter primũ librũ qui totus in spectaculis laudãdis uersatur. Nam nec in antiquis codicibus prima fronte ponitur: nec absurdũ iudicari debet diuersis locis & temporibus edita singulis spectaculis epigrammata in unum tandem librum redacta fuisse.


Plinii Secundi epistola ad Cornelium Priscum.

AVdio Valerium Martialem decessisse: & moleste fero. Erat homo ingeniosus: acutus: acer & qui plurimum in scribendo: & salis haberet & fellis: nec cãdoris minus: prosecutus erã uiatico secedentem: dederam uersiculis: quos de me composuit: fuit moris antiq̃ eos qui uel singulorum laudes: uel urbiũ scripserãt aut honoribus aut pecũia ornare. Nostris uero tpibus: ut alia speciosa & egregia: ita hoc in primis exoleuit. Nam postquam desiuimus facere laudanda: laudari quoq; ineptum putamus. Quæris qui sint uersiculi: quibus gratiã retulerim: remitterem te ad ipsum uolumen nisi quosdam tenerem. Tu si placuerint hi cæteros in libro requires. Alloquitur musam. Mandat ut domum meam in exquiliis quærat: adeatq; reuerenter.

Sed ne tempore: non tuo disertam
Pulses ebria ianuam uideto.
Totos dat tetricæ dies mineruæ.
Dum centum studet auribus uirorum.
Hoc quod sæcula posteriq; possint.
Arpinis quoq; comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas.
Hæc hora est tua dum furit lyeus.
Dum regnat rosa: dum madent capilli.
Tum me uel rigidi legant catones.

Merito ne eum qui hæc de me scripsit: & tũc dimisi amicissime: & nũc amicissimũ defunctũ eẽ doleo: dedit. n. mihi q̃tũ maxĩe potuit: daturus amplius si potuisset. tametsi q̃d homini potest dari maius quam gloria laus & æternitas. Eterna quæ scripsit nõ erunt fortasse: ille tamen scripsit tanquam futura. Vale.

Do. BArbara Pyramidum:Hoe primo epigram mate assentat Do.cuius amphiteatrū opis magnificētia & dignitate oībus ædificiis scri.anteponēdū:quæcūq̧ antiqtas admirata est.Id destinuerat Augustus media urbe Vespasianus extruxit:Titus filius dicauit maxio apparatu uno die quinq̧ milibus feraꝝ occisis:ut Eusebius & Trāql.scribunt.Dicauit āt qm̄ publica ædificia numinibus cōsecrabant.Cur āt huius laudē tribuit Dōi.cū illud neq̧ extruxerit:neq̧ dicauerit rō ē ꝙ Dōi.ex quo puer capitoliū defendit una cū sabino patruo putauit sibi deberi īperiū:ꝙ ab ipso acceperat Quare poeta uult q̄cūq̧ gesta sunt uł a Vespasiano uel a Tito ad Dōi.referri:cuius īperiū:ut supra dictū ē fuisse assentādo īnuit. Præterea īperātibus patre & fratre nō destitit se pricipē iperii gerere.Ego tñ existimauerī hoc Tito īperanti scriptū fuisse:cui uera laude nūc assētat.



IN AMPHITEATRVM CESARIS.



BARBARA Pyramidū sileat miracula mēphis,
Assiduus iactet nec babylona labor,
Nec triuiæ templo molles laudentur honores,
Dissimuletq̧ deum cornibus ara frequens.

Pyramides Pyramides:Lapides erant erecti miræ magnitudinis in acutū tendentes dicti ab ipsa figura q̄ flamā imitat̄ igneā:nā.πῦρ dr̄ ignis uñ:Pyrāis.reges ægiptii primū excogitauerūt id genus ædificii.uel ut ne pecuniā successoribus relinquærēt uel ne plebs ociosa eēt:cū multæ eēnt in Egipto tres maxīe ipleuerūt orbē fama & admiratōe q̄ erāt in pte Africæ īter Mēphi & deltā in monte sterili:quaꝝ amplissimā.lx.hoīum milia.xx.ānis cōstruxisse dr̄:autores sunt Stra Pli.Solinus.

Miracula pyramidū:ita & a Pli.dr̄ qm̄ ad admirationē poti⁹ q̄ ad usum cōstructæ erāt.Stra.in ultimo scri.se uidisse cumulos relinquiaꝝq̄ remāserūt ex cibis operaꝝ eodē uersu poeta utitur alibi Barbara Pyramidū Cæsar miracula ride. Mēphis Mēphis regina ægyptiorum ab Ogdoo rege ædificata:cuius filia Memphis nomē dedit Babylō Puella ea ē:cū q̄ Nilus sub imagine tauri dr̄ concubuisse.Vrbis ambit⁹ erat.c.&.l.stadioꝝ:septū A mpidis habebat & tēplū Veneris autor ē Stra.& diodorus.Babylō:urbis caput Chaldeaꝝ gentiū:ambitus.ccc.&.l.stadioꝝ ædificata a Semiramide regia æmulatiōe Niæ urbis q̄ Ninus eius uir cōstruxerat.Accersita sunt teste Diodoro ex omni regno ter decies cētena hominum milia ad opus iuuandum:Clytharchum & alexandrū secuti scriptum reliquerunt quolibet anni die stadium urbis fuisse absolutum. Assiduus labor:multorū annorum. Iactet:extollat & laudet idest cesset laus & ostentatio Babylonis.

GEO. Assiduus iactet nec babylona labor:Non recte exponit Domitius assiduum laborem multorum annorum:si p annum absoluti muri fuerunt.Sed potius de orto pensili Babyloniæ sentimus q & ipse inter septem orbis miracula nūerat:ad cuius irrogationem:ut Stra.scripsit:multa hominum milia addicta erant:ut merito assiduum illū laborem ad ministerium diuturnum respiciens assiduum dixerit.

dianæ ephesie templū DO. Triuiæ tēplo.i.Dianæ:de tēplo Diane ephesiæ ītelligit q̄d erat ī panorio portu ad ephesum ī A sia græce fuit admiratōis & magnificētiæ:ut Pli.cc.&.xx.annis structū a tota Asia ī solo palustri ne terræmotibus quateret̄.Colūnas habebat.c.&.xxxvii.ex qb⁹.xxxv.erāt cælatæ miro artificio.Ctesiphon fuit archtect⁹ alii Archiphrō.sūt q scribāt primū Dianæ tēplū fuisse mīu⁹ īm maius:quo incenso ab Herostrato tertiū ædificatū aiūt ornamētis mulieꝝ ad id collatis. Molles honores.i.luxuriosi & asiatici honores qm̄ p̄ter ædificiū multa erāt ut scri.Pli.q nihil ad spēm naturæ ptinebāt:sed ad luxū tm̄ Quid alii hoc suspicēt: nō pcipio:ego ut dixi molles honores interpretor:qm̄ ut dixi erant in eo multa ornamēta ad luxū & molliciē potius pertinētia:q̄ ad ædificii solidā laudē:ut uerba Pli.indicant.Molles honores.i.luxuriosa ornamenta:nā amphiteat̄ sua sublimitate & ædificii præstantia admirandū est:nō propter luxū aliquem rerū Molles honores qui in eo sit quemadmodum in templo dianæ ephesiæ.Erāt preterea in eo eunuchi sacerdotes:qui Mezabolizi:dicebantur:cum quibus uirgines aliquas sacras esse oportebat:ut scribit Strabo.

GEO. Molles honores:nō luxuriosos & asiaticos:ut dōi.sentit.Sed molles honores accipius in cōmēdationē tū artificium tum statuarum.quæ in templo magnificentissimo stabāt:qua appellatione æra & lapides

pides frequenter cōmendati ſolent. Vir. Excudent alii ſpirātia mollius æra. Et Hora. Molles imitabiť ære capillos. philoſtratu ſιεν ἐικόνεσι de porticu reſpiciente mare tyrrhenum hæc ἤλραπτ τ̄ ἀμενοῦνκτι λοι δοισ οπ οσουσ επ̓ ἀινει ἀ τ̄ ρυφα. hoc eſt ſplēdeſcebat ať lapidibus quoſcūq̨ molicies cōmendat: Verba uero quibus niti uť: non ſunt eius ſcriptoris: ſed quæ ipſe ſtulte excogitauit: & temere corrupit: hæc ē n. uera plinii lectio. Cætera eius opis ornaméta plurium librorꝫ inſtar optinent nihil ad ſpeciem naturæ p tinentia: hoc eſt: ut ego ſentio in quibus nulla eſt ſpēs: aut maieſtas rerum naturalium q̄ ſcribi debeant.

Ammō

Mauſoleum

Aere nec uacuo pendentia mauſolea
 Laudibus imodicis cares i aſtra ferāt.
Omnis cæſare o cedat labor amphiteatro:
 Vnum pro cunctis fama loquať opus.
  Ad Eundem Cæſarem.
Hic ubi ſydereus ppi⁹ uidet aſtra coloſſus:
 Et creſcunt media pægmata celſa uita.
Inuidioſa feri radiabāt atria regis:
 Vnaq̨ iam tota ſtabat in urbe domus:
Hic ubi cōſpicui uenerabilis amphiteatri
 Erigiť moles: ſtagna neronis erāt.
Hic ubi miramur uelocia mūera thermas:
 Abſtulerat miſeris tecta ſuperb⁹ ager
Claudia diffuſas ubi porticus explicat umbras
 Vltima pars aulæ deficientis erat.
Reddita roma ſibi eſt: & ſunt te pſide cæſar
 Delitiæ populi: quæ fuerānt domini.
  Ad Eundem.

Mauſolea

DO. Ara frequens: de templo Iouis Ammōis intelligit: qđ apud Naſamōes populos lybiæ erat Iupiter lingua ægyptia ammon dicebať: uñ corru pto noie Ammonē dixerūt Afri: autor eſt Hero. prætermittunť opiniones Serui & diodori. Pauſa nias ſcri. Ammonem dictū ab Ammone paſtoř. q primo ei illic templū erexit: Multæ aræ erāt huic deo dicatæ: autor ē Pli. I africa: qđ & Vir. teſtať in .iiii. Tēpla Iouis cētum latis imania regis Cētum aras poſuit. Mauſolea: Mauſoleū ſepulchrum fuit Mauſoli regis Cariæ in Alicarnaſſo: quæ prius ze phira dicebať: conditum ab Artemiſia coniuge: & enumeratū inter orbis miracula: hac una de cā q̨ erat colūna. in qua ſculpenda claruerūt q̄ttuor excellētiſſimi ſculptores. ſ. Scopa: Briax: Thimo theus: Leochares: cingebant. xxxvi. colōnis. certa bať & illic a poetis: uñ extabat tragœdia a Theo deſte autoř Gellio: q̄ Mauſolus inſcribebať Mau ſoleū & non mauſolū dř. Proprius Nec Mauſolei diuēs: fortūa ſepulchri. Vacuo aere q a nō habita tur: & uacuus ppetuū epitheťō ē aeris. Cares po puli ſubditi mauſolo mauſoli meminit demoſte nes in orone p libertate Rhodiorꝫ. Hic ubi ſyde reus: Dōi. urbē diſtinxit: ut alibi a poeta laudatur nunc uero extolliť: q̨ plura ædificia erexit in eo ſolo loco & ſpacio q̨ ædes Nerōis occupauerāt: & argute ait Romā ſibi redditā eē q̄ prius tyrannus occupauerat: & nūc loca patere delitiis populi q̄ oli uni tātū dño ſeruiebāt. Sydereus: altiſſimus. Propi⁹ aſtris. i. uicinus hyperbole figura amica poetis: ut ſcri. Quinti. Colloſſus. dř ingēs ſtatua ἀπο τ̄ου κόλου ειν τ̄ αοσσα. i. ab hebetādo aſpectū: ut Suidas apud græcos iterpretať uel a Coloſſo primo conditore ut Pompe. ſcri. hic loqť de Coloſſo Nerōis. nā Nero accreſito zenodoto ex gallina: eius opa & artificio iuſſit ſibi ſtrui coloſſū cētū & uiginti pedū: q̄ ſtatua eo mortuo dicata eſt Soli mutato noie. & erat i atrio oli ei⁹ domus. de hoc in quā loqť: qm̄ ut Suetōius ſcri. erāt i atrio domus Neronianæ ut ět hic & qđ idicat Mar. Inuidioſa feri radiabant atria regis. Erat preterea Coloſſus domitiani in urbe equeſtri habitu: de quo alibi loquitur poeta: Inde ſacro ueneráda petes palatia cliuo: Plurima qua ſummi fulget imago ducis. de eodem multa apud Papinium in prima ſilua. Pægmata celſa uia: pægma ſignificat conpactum ædifi cium: quod uel ſtatuis: uel alio aliquo ludicro ornatum: interdum pueris conſidentibus producebatur i ſcænā. hinc eſt quod a Suetonio ſcribiť Culadium conſueuiſſe obiicere beſtiis etiā illos qui parum diligen ter & pſpere pægma in ſcænā pduxiſſent. C. princeps pduxit in ſcænā pægma: in quo erāt centum & qui quaginta pondo argenti: ut ſcribit. plinius inde illud eſt Iuue. & pægma & pueros inde ad ualeria raptos quod praue interpretātes pægma p ludo accipiunt: cum machinā ſignificē: ut dixi. Atria feri Regis: domus Neroniana a palatio tendebat in æſquilias: quā primo appellauit trāſitoriā: poſtea aureā haben tem porticus triplices milarias: ſtagnum iſtar maris arua uineta: ſiluas cum omni genere pecudum: & ferarꝫ. phyſtulas ſpargentes flores. & unguenta: cœnationem rotundam quæ in modum cœli mouebať aues argenteas: in ſolariis lapidem ſphengitem: quo perpetuus dies illucebat. Tacitus & multi ſenſerūt: & Suetonius incenſam fuiſſe urbem ut tātā domū ædificaret. Inuidioſa. maxima: & redundātia delitiis. Radiabāt: ſplendebāt ornamentis & coloſſo Neronis: quæ in atrio erat occupata: & idem ex diſticho Ro ma domus fiet: ueios migrate quirites: ſi nō & ueios occupat iſta domus. Velocia munera thermas. Ti tus celeriter ſtruxit thermas ppe amphitheatrꝫ domiāi: proterea uelocia munera: emenda deprauatum lo cum apud Suetonium qui ita ſcriptus eſt Thermis celebriter extructis. pro celeriter. Supbus ager quia domus Neronis complexa erat agros. Porticus claudia: olim & Liuia dicta eſt ſed ædificāte Nerōe euer ſa fuit reſtituta poſtea ſub nomine priſco a domitiāo. porticus apud Romāos ædificabātur umbris: & am bulationibus. Sunt qui de Neroniana porticu: ego de Liuia ſentio: cuius meminerunt Cice. & Suetōius.

coloſſus

pegma

domus Neroniana

portic⁹ claudia

Deficientis finientis. Reddita ſibi roma eſt: Roma Romam amiſerat: quia non ſua erat: ſed Nerōis nunc a domitiano eſt ſibi reddita. & romanis.

Quæ tam seposita. Domi. edidit spectacula magnificentissima autore Trāquil. quæ ut celebriora uide
rentur poeta ait totum orbem cōfluxisse. sed edidit epigrāma hac de cā; qm̄ cum clamatum esset in spe/
ctaculis dño & deo fœliciter. ea uoce mirumimmodum oblectatus est. Domi. propterea poeta principi
blādiens ait diuersos fuisse populos in theatro: sed unā & eādem uocem extitisse cum Domi. Dñs & pa/
ter pǣiæ appellaret. q.d. omnes illos fuisse subditos Domitiāo & multa merita consecutos ut cum Domi/
tiāus pr̄ patriæ appellaretur: non ab diuersis populis: sed quasi ab una & eadem uoce id testimoniū acce
pit ꝙ multi romanorum confluxerit ad spectacu
la indicat Trāq l. in Cæsare: ubi scri. tot conuenisse
ad spectādū: ut Plurimi aduenæ īter uicos & uias
mā serint. Plurimi prætere a elia: inter quos duos
fuisse senatores. Seposita: a regione nostra remo
ta. Barbara. moribus. Rodopeius: thracius. Ro/
dope mons thraciæ i. accolata thraciæ. Sarmatæ
populi septētriōis pascuntur pulte e milio: ut Pli.
Nilus aut lacte equino sāguine admixto. Epoto equo. i.
sanguine equi cū pulte e milio. Deprehēsi nili ni
lus incerti ortus est: ꝓpterea poeta ait deprehēsi
nili: nā dephēdunt ea q̄ sunt occulta. Sūt q putēt
Nilū oriri ab ultimis æthiopiæ finib⁹ longa est Pli.
ex jubæ testimonio d scepiatio. deprēsi tādē inuē/
ti. Et qué supmæ tethyos unda ferit: de britānis
potes intelligere. q extremi hoīum abluūt Oceāo
pote. & de morinis q sūt ad Oceāum gallicū. Vir.
Extremiq; hoīum morini. Ferit: abluit. Arabs
arabia diuidit Iudæā ab ægypto: q triplex est au/
Arabia tore Ptolæmeo fœlix petrea & deserta. Arabs &
arab⁹ dr̄. Festinauit: ośdit magnā famā fuisse lu/
doꝝ. Sabæi: populi sunt in fœlici arabia: qnth⁹
Sabæi mittunt e regione appellata saba. quod significat
mysteriū. Cilices: populi asiæ mīoris ad tauꝝ mō
Cilices tē crocū hn̄t ꝓstātissimum ad id ātrū maxime qd'
Coricū coricum appellātur: uñ Croc⁹ Coririus. Pli. & Stra.
Numb⁹ testes. Nībis suis. i. croco. Nā croco trito & mixto
uino dulci ꝓfundebāt theatra uase quod nimbū
appellabāt. Mar. in distichis de nimbo: A ioue qui ueniet miscēda ad pocula largas Fundet nimbus aquas
hic tibi uīna dabit: intellige uinum dulce croco trito immixto. Cum. n. bonus odor croco esset: & romani
herba uti non possent ad coronas est enim apta: hoc quod diximus excogitarunt. Quod autem theatra
spargebātur croco: testat Mar. alibi: Proptius. Pulpita solemnes non oluere crocos. Ouid. & Salu. in histo
riis: qui de Metello scribens & illius luxuriam delignās: cū in hispaniā inquit prætor acciperet ita scænis
ad ostentationē structis simul croco sparsa humus. Nimbus suis. i. crocei. Sicābri populi ad oceanum
Sicābri in germania sunt qui & colorare crines: & calāistrare romanos impulerūt: oblectatos capilloꝝ pulchritu
dine: quæ sicābris erat natiua. Ethiopes: duo genera æthiopum sunt: Ethiopes hesperii & æthiopes ad
Aethiopes meridiem: ut ex uersu Homeri in primo odysseæ cosmographi tradiderunt. Poeta: ut puto loqt de hespe
riis qui remotiores sunt: & desertā magna ex parte regionē incolunt: dicti ab Ethiope Vulcāi filio: ut Pli.
tradit.

Quæ tā seposita ē q̄ gēs tā barbara cæsar?
Ex q̄ spectator nō sit in urbe tua?
Venit ab orpheo cultor rhodopeius hæmo:
Venit & epoto sarmata pastus equo:
Et qui prima bibit deprensi flumīa nili:
Et qué supremæ tethios unda ferit.
Festinauit arabs: festinauere sabæi:
Et scilices nimbis hic maducre suis.
Crinibus in nodum tortis uenere sicābri:
Atq; aliter tortis crinibus æthyopes.
Vox diuersa sonat populoꝝ: ē uox tñ una
Cum uerus patriæ diceris esse pater.

Ad cæsarē qd' expulerit delatores.

Turba grauis paci: placidæq; inimica qeti.
Quæ semper miseras solicitabat opes.
Tradita getulis: nec cæpit harena nocentes:
Et delator hēt: quod dabat exilium.
Exulat ausonia profugus delator ab urbe.

Turba gra. pa. initio principatus domi. delatores grauissima pœna affecit. solitus dicere delato/
res, qui non castigat irritat. Multi autem erant qui leuissima de cā & nonnūquā ficta accusabāt cum ex fi/
sco eis daretur pars pecuniæ: q̄ mulctabātur accusati: propterea Trāql. appellat calūnias fiscales. Conuer
sus postea princeps ad auaritiam & crudelitatem non modo non puniebat delatores: sed etiam souebat
nunc laudat ꝙ eos expulerit & inter cætera munera data popu. Ro. ait ēt uitam hominum esse ascriben
dam princip. quā sublatus delatoribus dedisse uidebat. Turba delatorum. Grauis molesta quia paci ad/
uersabatur & quieti. Placidæ epitheton quietis. Miseras opes. i. opes miserorū ciuiū. nā opulenti ti
mebant delatores. Gætulis gætuli fricæ populi. nam nocentes grauiore exilio mittebant in Aphricam
mitiore tibur: preneste & in insulas campaniæ.
GEO. Traducta est getulis nec cœpit harena nocentes. Ausim ego affirmare mēdosum codicē hr̄i & p ge
tulis: ut alias notauimus. gethicis aut gyaris legēdū qñ i utrūq; locū relegarit nocētes. nā nimis licēter cō/
tra rōnem græcā & usum latinoꝝ pˀias syllabas poeta corripuisset nulla metri necessitate coactus ē tñ q
corrigat tradita getulis quā correctionē nō īprobamus q̄q̄ ut uera sic freqūēs lectio sit traducta ñ tradita.
DO. Nec cæpit harena nocentes. i. qui puniendi erāt in theatro puniebātur ut har ena. i. theatrum acci
pias. Cum autem mittendi essent in exilium pati s. supplicio quo ciues olim afficiebāt non sunt puniti
in theatro sed in nauigia impositi eiecti in exilium quod pli. multis uersibus in panægyrico testatur.
Impensis ui. prin. au. Impensis. i. munerib⁹. nā ꝑter alia munera: q̄ tibi dedit pˀiceps: dedit uitā: qm̄ eiecit
delatores

delatores:q̃ te uita priuabãt. Malo tñ sentire hoc ẽt epigrãma scriptũ in grãm Titi iperatoris:nã is delatores primũ cæsos sustib9i harena ĩ asperima isulaꝝ aduehi iussit. Sueto.ĩ Tito:iter aduersa tẽpoꝝ & delatores mãdatoresq̨ erãt & licẽtia ueteri:hos assidue ĩ foro flagellis ac sustib9cæsos:ac nouissime traductos p amphiteatri harenã:ipti subiici ĩ seruos.ac uenire iperauit:ipti in asprima insulaꝝ aduehi. Inde ait poeta: Nec cœpit harena nocẽtes. Iunctã pasi. Pasiphae filia Solis & uxor Minois Regis cretæ amauit tauꝝ.qm̃ cũ Minos pulcherrimũ taurũ ɔsueuisset sacrificare Neptũno:mactauit deteriorẽ.iratum numen Pasiphaen in turpẽ tauri amorẽ cõpulit. cũ uellet cõcũbere cũ belua:habuit bouẽ ligneã arte dædali fabricatã: sub qua latens coitu tauri potita est. Hoc spectaculũ editũ ẽ a domi.q & si historia nõ tradidit.nõ põt tñ nõ uideri uerisimile:qm̃ Tranql.scrib. Neronẽ hoc spectaculi genus edidisse. Accepit fabula prisca fidẽ.i.facta est uerisimilis.& credit uera. Lõgæua uetustas.i.antiqtas.q̃ fabulas finxit. Nõ miret non extollat.qm̃ tu oĩa repsentas & facis esse uera spectaculis. Quicqd fama canit donat harena tibi.i.q̃cũq̨ fabulæ finxerũt & canũt.tu repsentas in theatris uera actiõe. Belliger.domi.ut Trãquil. refert edidit pugnas nõ mõ uiroꝝ sed ẽt mulieꝝ & uenationes cũ nup eẽt pstratus leo a muliere. Mar blãdiens pricipi ait pstratũ leonẽ ab Her.nõ eẽ ampli9 dignũ admiratiõe.cũ ĩ theatro domi.fœmina idẽ pegerit. Hãc uenationẽ mulieꝝ carpens Iuue.ait: Cũ meuia tuscũ figat aprũ.& nuda teneat uẽabula mãma. De eadẽ pugna Papi.ĩ siluis. Stat sex9 rudis isciusq̨ ferri.ut pugnas capit iprob9uiriles. Credas ad tanaim ferũq̨ phasim Thermodoontiacas calere turmas.

Impensis uitam principis annumeres.

Blanditur Cæsari.

Iunctã pasiphaen dictæo credite tauro:

Vidimus:accepit fabula prisca fidem.

Nec se miretur cæsar longæua uetustas.

Quicquid fama canit:donat harẽa tibi.

Blanditur Cæsari.

Belliger inuictis q mars tibi sæuit ĩ armis

Non satis est cæsar:sæuit & ipsa uenus.

Prostratum nemees:& uasta in ualle leonẽ

Nobile & herculeũ fama canebat opus:

Prisca fides taceat:nã post tua mũera cæsar:

Hæc iã fœminea uidimus acta manu.

Pœna laureoli.

Qualiter ĩ scythica religat9 rupe pmethe9

Assiduã nimio pectore pauit auem:

Nuda calidonio sic pectora præbuit urso

Non falsa pendens in cruce laureolus.

Viuebãt laceri membris stillãtibus artus:

Inq̨ omni nusquã corpore corpus erat:

Deniq̨ supplicĩũ dederat necis ille pr̃nx.

Vel domini in gulã foderat ense nocẽs:

Templa uel arcano demẽs spoliauerat auro

Subdiderat sæuas uel tibi roma faces

Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ

In quo:quæ fuerat fabula:pœna fuit.

Sæuit & ipa Ven9.nõ satis ẽ q tu edideris pugnas uiroꝝ ĩ spectaculis.sed edidisti pugnas mulieꝝ. Nemea sil.iter philõtẽ & agros iuxta Cleõas. ubi prio certamie leo ab Her.ẽ pstrat9.Str. Fa. fabula. Pri. i.prisca monumẽta sileãt. Mu.postq̃ tu edis spectacula. Qualr ĩ scythica.ĩ spectaculis cõediæ & nõnũq̃ tragœdiæ recitabãt.ut Trãquil.ẽ autor q cũ alias de hoc tradiiũ.scri. Caligulã egisse laureatũ mimũ. ĩ quo actor ruina se pripiẽs sanguinẽ uomit. Tragœdia erat q iscribebat laureolus a Laureolo.q ĩ eo itroducebat sublat9ĩ crucẽ.domi.cũ multos afficeret supplicio.uoluit nõ sine uoluptate spectatoꝝ eos iterire.iussitq̨ recitari uera repsentatiõe iter cæteras tragœdias Orpheũ & laureolũ.ita ut dãnati repsentãtes psonã Laureoli nõ ficta cruce.sed uera penderẽt & psonã Orphei.ita ut nõ fictis mulieꝝ mãib9. sed a feris lacerarẽt. Cũ hæc oĩa recitata eẽnt a Lẽtulo ciue Rõano ĩ theatro.subeũte psonã Laureoli.ñ uerã ut nũc.sed fictã.clamat Iuue.debuisse illũ iterirẽ uero supplicio.quo.s.histriõicã exerceat. Laureolũ uelox bñ Lẽtulus egit lucide me dignus uera cruce. Ait igit poeta hũc q nup sub psona laureoli pẽdebat uera cruce iussu domitiani superasse scelera Laureoli fabulosi.qm̃ s.id suppliciũ quod ĩ Laureolo fuit fabula.in ipso fuerit uerum. Lauteolus dãnatus.qui subibat personã Laureoli iussu domitiãi recitãs tragœdiã. Neuius poeta scripsit in carcere laureolum & leontem.ut Gellius scripsit.

GEO. Nõ falsa pendens in cruce laureolus.in cõstãtia loquit hic interpres.nã si ad laureatũ mimũ hæc referunt.ut testimonio Suetonii pbare nitit.& ita eẽ nos sentim9. Dicat rogo quo pacto tragœdia potuit eẽ cũ Mim9 ut grãmatici tradũt a tragœdia plurimũ differat? Sed magis isanit dicẽdo Neuiũ scripsisse laureolũ & leõtẽ ĩ carcere cũ ĩ noctib9 atticis legat fabulas eũ ĩ carcere duas scripsisse Aureolũ.& leõtẽ nihilq̨ res Neuii enatrationẽ hãc iuuet. Sed ut a nobis dcm̃ ẽ ĩ illd Iuue. Laureolũ uelox ẽt bñ lẽtulus egit iudice me dign9 uera cruce Ioseph9 iudæ9 necẽ Caligulæ scribẽs mimũ quẽ Laureatũ Tranql. appellat iudicẽ ait fuisse Laureolũ.q cruci suffix9 fuit. De quo scõ mim9 cõtect9 ẽ crebo ĩ theatris repsentat9 & potiss.mũ sub DO. Vrso calidonio.i.britãnico. Calidonia silua britãniæ ad quã arma romana pcess (morẽ Caligulæ. ferunt unde sæui ursi mittebãt. Scythica rupe.i.caucasea. Promethe9 enim religatus in caucaso mõte fuit. Nimio pectore.i.renascenti. Auem assiduã.idest aquilã. Nota fabula extat de prometheo. tragœdia Eschili quæ inscribitur Prometheus. Viuebãt idest palpitabãt. Stillãtibus membris manãtib9 cruore. Inq̨ omni nusq̃ corpore corpus erat & nulla facies corporis erat in toto corpore.

Dædale Lu. Hic dædalus obiect⁹ fuit feris & lania tus: alludēs ad nomen poeta ait dædalū nūc optasse hēre pēnas: ut fabulæ finxerūt dædalū hūisse: Nā Dædalus Mitiōis filius fuit atheniēsis: ꝑclarus architectura & statuaria: Talaū sororis filiū iterfecit iuidia igenii. qm̄ iuenerat figuli rotā: & serrā dānatus ab ariopagitis dr̄ adhibitis alis euolasse i cretam inde δαίδαλος igeniosus. Lucano urso: ex lucāia ur si mittebāt i theatrū, ut Var. scri. feritate & magnitu
Rinoceros dine. Præstitit exhi. Rhinocerotē prim⁹ oñdit i spe ctaculis Pōpe. Tū augu. domi. aial est buxei coloris inimicū elephāto: cuius aluū elimato cornu petit i pugna nuꝑ fuerat i theatro: & diu stupēs ad pugnā n̄ poterat irritari. qd̄ ægre ferebat Do. tādē icō ipetu i tauꝝ. illū n̄ sec⁹ extulit i altū. q̄ si fuisset pila. Exhibitus. datus i spectaculū: nā exhibere ē i spectaculū daē. Quæ nō ꝓmi. ꝓ. thi. uel qa tū pugnat cū elephāto: nūc āteā tauro pugnauit. uel qm̄ nō uidebat
Exhibeo pile posse irritari i pugna. qd̄ placet. Pron⁹. iclinato cornu qd̄ hr̄t i narib⁹. Cui pi. t. e. Pilæ dicebāē uestes i globū & spēm pilæ. collectæ q̄ obiicebanē cornib⁹ tauroꝝ. ut irritarenē. Rudis antiqtas hoīes e strami ne formabat ad id op⁹ teste Pediano: postea lux⁹ i tm̄ auctus ē. ut uestes purpureæ obiicerēē. Oui. Haud sec⁹ exarsit quā circo taur⁹ apto. cū sua terribili petit irritāina cornu Phœnicias uestes. eiusq; uulnera sentit. locās igiē poeta ait taurū cui pilæ solent obiici nūc fuisse pilā Rhi. Leserat ing. Leo māsue factus duct⁹ ē i theatrū. reuersus i pristinā feritatē lacerauit magim. Iussu Do. mi. telis ꝯfossus ē. laudaē priceps ꝙ humanos mores nō mō uelit eē in hoīe, sed ēt in fera. Cōtemerare. uiolare. Tā no. ma. i. familiares. Tulit tela i. passus ē tela. qa ꝯfossus fuit telis iussu domi. ꝙ magistrū uiolauerit. Quos. q̄les. i. mitissimos. rū uelit feras hr̄e Miti⁹ igeniū. & mores hūanos. Præceps san. Nouitate uenatiōis oblectatus ē Domi. captis feris uisco. iubet poeta i assentationē uenatores petere aerē. & uolucres. ꝙ aucupis ē. cū aucupes petāt feras. Implicitā ui. pdi. il. fu. qa nō potuit fugere ursus iplicitus uisco. Harena sanguineo. i. theatro sanguineo cōsparso sanguine multaꝝ feraꝝ. Tecto fer. ces. ue. i. reponāē & recōdāē uenabula i uagina. qm̄ iis opus nō ē. nā uisco se re capiunē. Inter Cæsariæ. Sus grauida icta i uenationibus editis a pricipe emisit filios icolumes ipa mortua. nūc ait poeta nō eē mirādū ꝙ canunt fabulæ bacchū deū natū mortua matre. qm̄ iā fera ita nata ē. Cæsareæ dianæ. i. cæsareæ uenationis. Hasta leuis. qa si grauis fuisset pcussisset filios. Exiliit pt⁹. i. exilierūt filii. Lucina dea q̄ ꝑest pturiētib⁹ & uenietib⁹ in lucē. Triste iter. i. uulneꝝ. Bacchus nat⁹ fuit Semele fulmiata nutrit⁹ itra femora iouis nota fabula. Icta graui telo. Idē argm̄ de sue grauida.
Perdidit. & dedit uitā: pdidit qa mortua ē. Dedit qa pepit filios. Certa dextra. qa pcussit ut uoluit. Lucina. dea q̄ ꝑest pturiētib⁹. & uenietib⁹ i lucē dicta siue a luco quē hēbat i æsqllis romæ. siue a luce. auctores Var. & Pli. Numē utriusq; Dianæ. i. luciæ q̄ ꝑest pturiētib⁹. & Dianæ q̄ ꝑest uenātib⁹. Et q̄ ē so. i. scā parēs. Et q̄ p. i. mortuo nā diana uenatōib⁹ feraꝝ dat cædē. Sus fe. i. argm̄. Maturi uē. qa erat ꝓpe ptū & tp̄s piēdi icirco maturi. Pigno. i. filios.

De Dædalo.

Dædale lucano cum sic lacereris ab urso
Q uā cuperes pennas nūc habuisse tuas.

De Rhinocerote.

Præstitit exhibitus tota tibi cæsar harena
Q uæ non promisit prælia rhinoceros
O quam terribilis exarsit pronus in iras
Q uātus erat cornu: cui pila taurus erat.

De Leone qui gubernatorē offendit.

Læserat ingrato leo perfidus ore magistrū
Ausus tā notas contemerare manus.
Sed dignas tāta persoluit crimine pœnas:
Et qui non tulerat uerbera tula tulit:.
Q uos decet eē hoīum tali sb̄ pricipe mores
Q ui iubet ingenium mitius esse feris.

De Urso.

Præceps sāguinea dū se rotat ursus harena:
Implicitā uisco perdidit ille fugam.
Splendida iā tecto cessent uenabula ferro:
Nec uolet excussa lācea torta manu.
Deprendat uacuo uenator in aere prædā:
Si captare feras aucupis arte placet.

De Sue quæ ex uulnere peperit.

Interē cæsareæ discrimina sæua dianæ
Fixisset grauidā cum leuis hasta suem:
Exiliit partus miseræ de uulnere matris:
O lucina ferox hoc peperisse fuit.
Pluribus illa mori uoluisset saucia telis:
Omnibus ut natis triste pateret iter.
Q uis negat eē satū m̄re no funere bacchū?
Sic genitum numen credite: nata fera ē.

De Eadem.

Icta graui telo: confossaq; uulnere mater
Sus pariter uitā perdidit adq; dedit.
O quā certa fuit librato dextera ferro.
Hanc ego lucinæ credo fuisse manum.
Experta est numē: moriens utriusq; dianæ:
Q uaq; soluta parēs, quaq; perēpta fera ē.

De Sue pregnāte.

Sus fera iā grauior maturi pignora uentris
Emisit fœtum uulnere facta parens.
Nec iacuit partus: sed m̄re cadente cucurrit

O quãtũ est subi.ca.inge.Poeta ait in rebus quæ celeritate indigent & subite sunt: quandã excellentẽ & peculiarẽ uim ingenii existere.snia est Thucididis.Subita ingeniũ experiunƭ & indicãt:ita laudaƭ uenator qui suem ut supra dictum est tam cõmode uulnerauit ut uno momento & suem ferã statuerit. & pduxe/ Carpo/
rit in lucem fœtum. Sũma tue.duo ca pophori temporibus Do.fuisse legunƭ.alter mango.i.pueroꝝ di phorus
uenditor.alter iunior fortitudine clarus hunc domi.non parũ amauit & fouit ꝙ eius dextra inferis conficiendis oblectareƭ:nã & princeps eodem studio tenebaƭ,adeo ut in secessu albano centenas aliquando feras pstrauerit in Carpophoro igiƭ laudando poeta Domitiano assentaƭ.ita enim nuper peregerat uenationem in spectaculo ut multis feris occisis. & accepto pmio fortitudinis adhuc uigeret. & recẽs uideretƭ quod pter alioꝝ morem cõtingit.Nã qui perfecto certamine pmium acceperunt fessi sunt: nec integras habent uires. duo Meleagri fuerũt. alter de quo hic Marti.alter qui secutus argonautas:Erã regem in littore interfecit. Sunt qui eundẽ putent. apollonius aliũ. Fusus aper.i.interfectus. o melea/ Melea/
ger aper fusus a te fuit sũma tua gloria.i.tu tantam ger
ex apro cõsecutus es laudem:sed aper est portio.i. pars laudis Carpophori qm̃ non solum interemit aprũ: sed ursum leonẽ & pardũ & qđ maius ẽ post cõfectam uenationẽ:nã adhuc poteraꝫ non erat defatigatus.Tres apri.in portentis numeranƭ: erimã/ Apri in
theus quẽ Hercu.sustulit.Aper in olympo mysie in porien/
cuius uenatione cecidit filius crœsi uulneratus ab tus tres
Adrasto:ut Herodo.& aper Calidonius quẽ interfecit hic meleager. Cõdit ue.i.misit & abscõdit. In ur.præ.i.irruenti ɔtra se. Primus.i.q principatũ & feritate & magnitudine obtinebat. In arce poli arctori.in siluis septẽtrionis:nã septentrio maiores feras mittit & sæuiores q̃ aliæ ptes orbis. Hispanie ẽt dedit ursum i spectaculo:sed eius feræ caput apud illos cõburebaƭ:qm̃ rabiem in esse putabãt. Mole ignota.i.incredibili magnitudine. Decuisse Herculem.i.parem eẽq a nullo uidebaƭ magis posse superari nisi q̃ ab Hercule.nã hercules accersebaƭ ad ea mõstra:q̃ ab alii supari nõ poterant. Poterat.i. adhuc hẽbat integras uires absoluta uenatiõe & pmio donatus. Raptus abit. Taurus q p machinã uexit Domi.in altũ:ut cœlo ipositus uidereƭ. nã cũ futuꝝ cœlum & imortalitatem sibiipsi uellet reputare tauro insidens supiores scænæ partes in spem cœli cõfectas petiit æmulatione herculis cuius nomen ẽt sibi indiderat. nam Alcides appellabaƭ qui

O quantum est subitis casibus ingeniũ.

De carpophoro.

Sũma tuæ melagræ fuit quæ gloria famæ.
Est quota carpophori portio fusus aper
Ille & præcipiti uenabula condidit urso.
Primus in arctori qui fuit arce poli.
Strauit:& ignota spectandũ molle leonem
Herculeas potuit: qui decuisse manus.
Et uolucrẽ longo porrexit uulnere pardũ:
Præmia cũ laudis ferret adhuc poterat.

De Tauro.

Raptus abit media q̃ ad ethera taur9 harẽa
Non fuit hoc artis:sed pietatis opus.
Vexerat europẽ fraterna per æquora taurus
At nunc alciden taurus in astra tulit.
Cæsaris atq; iouis cõfert nũc stẽma iuuẽtus
Par onus ut tulerint altius iste tulit.

De Supplice Elephante.

Q đ pius & supplex elephas te cæsar adorat
Hic modo qui tauro tã metuẽdus erat.
Nõ facit hoc iussus:nulloq; docente magro
Crede mihi:numen sentit & ille tuum.

De Tigride & Leone.

Lambere securi dextram cõsueta magistri
Tigris ab hircano gloria rara iugo.

taurũ e creta in atticã ducens eius dorso isedisse diciƭ.Cũ autem olim iuppiter in formam tauri conuersus Europem in cretam uexisse feraƭ.poeta ait maiorem laudem tauri:qui nuper Alcidem.idest domitia. in cœlum uexerit:q̃ illius qui uexit Europem:quoniam & si par onus utriq; fuisse uideaƭ tamen hic alti9 tulit. Opus ar.i.non fuit hoc artificium non scœnicum & fabulosum:sed opus pietatis.quia pie & uere factum fuit. Raptus ex oculis spectatoꝝ. Alcidẽ.idest domi.qui uoluit appellari alcides.duæ laudes tauri altera ꝙ tulerit Europem.altera ꝙ tulerit alcidem. Stema:nobilitatem.Confer.ad æqua & compara. alter sensus est qui placet ut intelligas domitianũ per minimum æmulatione Iouis qui olim se in taurũ conuertit sumpta forma tauri per machinam extulisse Her.cuius nomen imposuerat in cœlum quemadmodum iuppiter taurus factus uexit Europem:ut sit sensus poetæ maiorem laudem esse domitiani q tulerit Her.in cœlum quẽ altius tulit q̃ Iouis qui uexit europem icertam per æquora. Quod pius. Elephas nuper in spectaculo adorauerat Domi.nam elephanti:ut Pli.scri.tantæ sunt docilitatis:ut nõ modo submittere genua & adorare:sed ẽt regi porrigere coronas discant.poeta uult uideri hoc factum esse non domitoris industria:sed numine domi.cuius sensu elephas submiserit genua. Lambere se. Tigris data ẽ in spectaculis ab Au.cæs.& nup a Do.mansuefacta:sed cum leonem inspexisset eum lacerauit.uult hoc poeta factum uideri numine domitiani cuius uicinitate ausa sit id quod in siluis non audebat. Securi ma.nõ metuentis feritatem beluæ domitæ. Hircano iu.hircania scythia pars est quæ pantheris pardis. tygribus Hyrcha
abundat. Luca. Quas nemore hircano matrum dum lustra sequunƭ.Altus cæsorum pauit cruor armen/ nia
torum. Rara glo.idest maxima gloria ferarum:quæ prima erat inter tygres magnitudine.

Hæret Mario:non emitur ab ullo. Vicinus: Nouius nomen est fœneratoris in annalibus:nomen diuitis & amici apud Martialem cui cũ nũc uicinus esset eius consuetudine uti non poterat: ait ergo qui sit uicinus Nouio oportere migrare si eum uelit uidere:si nolit oportere esse uicinũ & contubernalem:duorum Nouiorum meminit Porphyrio. Cui liceat:qui possit. Terentianus sodalis Mar.gerebat consulatum in ægypto. Tã procul:consuetudine. Est migrandum.i.oportet me uel illum longius abire:si uolo uidere. Inquilinus est qui in aliena domo conducta cum dño hitat. Ne grauis:Fesceniæ impudentiam accusat quæ ut celaret odorẽ uini deuorabat odores Cosmi:sed ita mixtus fetor uidi odorib⁹ largius olebat. Consulit ego ut omissis medicamentis simpliciter fateatur ebrietatẽ. Luxuriosa:prodiga: quæ oblectaris luxu Cosmi.

Pastillus

Pastilli dicunt᷑ grandiores pilulæ:atq; id præferci in reunguentariis: Pli.cum de scabie loquitur ita ait Et de eius medicamentis teritur in mortario:deinde in pastillos diuiditur. Fragres:ne emittas malum odorem.

Ientacula

Ientacula:leuiora prandia dicta sunt.& quecunq; in paratis mensis apponebantur ganeata Mar.usus est p pane dulciario apto ientaculis⁹in distichis.Surgite iam uendit pueris ientacula pistor. Extremo baratro.i.infimo stomaco. Diapasmata & malagmata differunt:ut Pli.auctor est q diapasmata dicuntur unguenta ex siccis odoribus:Malagmata dicuntur feces unguentorum.

Diapasmata
Malagmata
Virus
Venenũ

Virus:uenenum & malus odor. Grauius.i.peius olet uel uirus.i.uitium qa ut apud Silium exposuimus in epistola ad Alexandrum: Venenum pro uitio accipitur. Animæ.i.spũs. Alcime Epitaphiũ Alcimi pueri:cui tumulum consecrat inter bexos uineas & in mediis pratis:optat sibi tales sepulchri honores cum morietur. Labicũ erat in uia latina non Procul ab urbe opidum uetustum ut scribit Strabo finitumum erat⁹pictis:& picti populi de quibus mihi uidetur Vir.locutus cum ait Et picti scuta labici:qđ refert Seruius de labico nusq̃ extat.Via labicana a porta æsquilina auctore Strabone incipit ubi alcimus erat sepultus. Accipe non phario saxo: Phario:ita codex habet antiquus:& ita legẽdum est nam⁹de simite lapide ægyptio qui postea pyropecilos est dictus intelligit unde obelisci tumulis regum erigebantur obelisci lapides acuti in speciem radii solaris unde oblesci dicti:oβελίσκος.radium & sagittam significat. Pario non legendum est qm̃ nec scriptio probat nec ullus est usus nõ.n.e marmore pario erigebantur lapides sepulchris:de quib⁹ uidetur sensisse poeta. Saxa micantia:idest obeliscum qui uidetur micare in aere.

Simites
Pyropecilos
Obeliscus

Os & labra tibi linguit mammeia catellus:
Non miror:merdas si libet esse cani.

De Quirinali.

Vxorem habendam non putat quirinalis
Cum uult habere filios:& inuenit
Quo possit istud more:futuit ancilas.
Domumq; & agros iplet equitibus uernis
Pater familiæ uerus est quirinalis.

De Mario.

Venderet excultos colles cũ præco facetus.
Atq; suburbani iugera pulchra soli.
Errat ait:si quis mario putat esse necesse.
Vendere:nil debet:fœnerat imo magis.
Quæ ratio est igit᷑?seruos ubi pdidit omnis:
Et pecus & fructus:non amat inde locũ.
Quis faceret pretiũ?nisi q sua perdere uellet
Omnia?sic mario noxius hæret ager.

De Nouio Miscroplo.

Vicinus meus est:manuque tangi
De nostris nouius potest fenestris.
Quis non inuideat mihi?putetque?
Horis omnibus esse me beatum?
Iuncto cui liceat frui sodale.
Tã longe est mihi q̃ terentianus:
Qui nunc niliacam regit syenen:
Non conuiuere:non uidere saltem:
Non audire licet:nec urbe tota
Quisquã est tã prope:tã procul q; nobis:
Migrandũ est mihi longius uel illi:
Vicinus nouio uel inquilinus
Sit:si quis nouiũ uidere non uult.

Ad Fesceniam.

Ne grauis hesterno fragres fesceninã uino
Pastillos cosmi luxuriosa uoras.
Ista linunt dentes ientacula:sed nihil obstat.
Extremo ructus cũ uenit a barathro.
Quid qđ olet grauius mixtũ diapasmate uirus
Atq; duplex animæ longius exit odor?
Notas ergo nimis fraudes:deprensaq; furta
Iã tollas:& sis ebria simpliciter.

Ad alcimum.

Alcime quẽ raptũ domino crescẽtibus annis:
Labi cana leui cespite uelat humus.

Accipe non phario nutantia pondera saxo:
Quæ cineri uanus dat ruitura labor.
Sed faciles buxos & opacas palmitis umbras
Quæq; uirēt lachrymis hūida prata meis
Accipe care puer nostri monumenta doloris
Hic tibi perpetuo tempore uiuet honor.
Cū mihi supremos lachesis peruenerit ānos:
Non aliter cin eres mando iacere meos.

In Cinnam.

Garris in aurē semper omnibus cinna:
Garris & illud teste quod licet turba.
Rides in aurem quereris arguis ploras:
Cantas in aurem:iudicas taces:clamas:
Adeo ne penitus sedit hic tibi moribus:
Vt sæpe in aurem cinna cæsarem laudes.

In Bassam tribadem.

Quod nūquā maribꝰ iūctā te bassa, uidebā:
Quodq; tibi mœcū fabula nulla dabat.
Omnis & officiū circa te semper obibat.
Turba tui sexus non adeunte uiro.
Esse uidebaris (fateor) Lucretia nobis:
At tu (proh facinus) bassa fututor eras:
Inter se geminos audes committere cunnos:
Mentiturq; uirum prodigiosa uenus.
Cōmētā es dignū thebano ænigmate mōstrū
Hic ubi uir non est:ut sit adulterium.

Ad Lælium.

Cū tua non edas:carpis mea carmina læli.
Carpere uel noli nostra:uel ede tua.

Ad Mamurianum.

Sæpe mihi queritur nō siccis cestos ocellis:
Tangi se digito mamuriane tuo.
Nō opus est digito:totū tibi ceston habeto:
Si deest nil aliud mamuriane tibi.
Sed si nec focus est:nudi nec spōda grabati:
Nec curtus chiones antiopes ue calix.
Cærea si pendet lūbis & trita lacerna:
Dimidiasq; nates gallica palla tegit:
Pasceris & nigræ solo nidore culinæ:
Et bibis imundā cū cane pronus aquā:
Nō culū:neq; enī ē culus q nō cacat olim:
Sed fodiā digito:qui superest oculum.
Nec me zelotypū:nec dixeris esse malignū:

Faciles:non prementes grauiter tumulum & terram. Accipe:hæc loca & pignora nostri doloris. Viuet perpetuo:quia non finientur hæc ut obeliscus. Peruenerit.i.cum expleuerit fatalem cursum. Garris:In cinnam cui detrahēdi morbus adeo insederat:ut ne Cæsarē.qđ aperte posset laudaret id autem clam agebat & in aurē alterius nō modo maledicentia:sed omne uerborum genus admonebat. Turba teste.i.psentibus aliis. Moribus:garriendi. Sedit:fixus est. Quod nunquā In bassam tribadem. Tribades dicebantur mulieres quæ alias fricabāt:de his plura infra dicemus Iuue.illarum libidinem accusat: Frictum crissantis adorat. Turba tui sexus.i.mulieres. Obibat omne officium perficiebat. Fututor erat tribas. Tribades

Prodigiosa:portentosa libido. Cōmenta.i.fecisti dignū monstrū. Enigmate thebano.i.par mō enigma strū thebāo enigmati. Enigma, thebanū pposuit Spynx Oedipo:qs esset q prius q̄ttuor pedibus mox duobus:postremo tribus respondit Oedipus esse hominem:auctor est duobus ut dicatur adulterium ubi non est uir:hoc est mirandum.

Sæpe mihi.in Mamurium pauperem captum amore:Cesti pueri Mar. Grabatum lectum uilissimum. Curtus:mutilatus & fractus. Chione & antiope:meretrices:quarū calices sunt semper immundi. Cærea:flaua colore amisso. Gallica palla:non tamen galli omnes utebantur breuibus uestibus ut strabo. Non culum fodiam:qm̄ adeo pauper ut cum non edas:culus non faciat officium suum. Satur:prius exple stomacū & postea pædica.q.d.magis tibi necesse est reperire cibum:q̄ puerum.Eodem uerbo & sensu usus est Catullus in passere:Aureli pater esuritionum & cætera. Fabritio iunctus:Epitaphium Aquini & Fabritii.quorum uterq; primipilaris fuerat & quod raro solet accidere collegis:amarunt inter se. Qui:Fabritius:ne lugeret amicum mortuum.gaudet se priorem mortuum esse. Testatur munera primipili:qa uterq; fuit primipilaris.

Cantasti: In Eglen fellatricem:quā supra andesse indicauit:Sic dentata sibi uf ægle:simul hoc ostendit olim cū iuuenis esset:male cātabat:nam coitus raucescebat:nunc bū cantat quod indicat eam cessare & abstinere coitu:propterea os fetere ait poeta basianda nō es alibi quoq; fellacem eē ostendit. Quod clamas.hoc potest uideri dictū in Helium causidicum qui magna uoce in foro causas agebat ut perteriti aduersarii eius acrimonia data pecunia eum corrumperent ut taceret qđ de Demosthene legitur qui corruptus pecunia cām quā prius agebat in sequēti die deseruit inuoluto collo fascia dicens se sinanche laborare & ita Demosthenes acceperat:ut taceret.

Scazon Si nō est Scazō genus carminis ē qd'iā bis cōstat sed ī penul.pede hēt trocheū ubiq pterit leges id bici carminis claudicare dī uerbo greco σκάζω si gnificat claudico mēinit Ausonius epigrammate Claudiosq scazones & Pli.ad tragliū Caueas ne eos ipsos scazōes iuenias alioqē carmē suū poeta

Maternus Maternus:uir doctissimus:cuius mēinit Pli.i epi stolis & Cornelius i dialogo de cinædo socratico loqē de quo supra: Aspicis icōptis. Bæticatus.i. hūs pānū nō tīctū ahēo.i.sui coloris:nā ad betī flu. hispāiæ oues hñt lanā subrutili coloris:ex q ue stes cōfectæ nullo alio colore tigebanť Mar.i disti chis ubi lacernæ bæticæ loquūť Nō est lana mihi mendax nec mutor aheno.Si tyriæ placeant me

Leucopheatus mea tinxit ouis. Leucophæat⁹:pāni leucophi di cebāť albi nullo medicamīo coloris adhibito sed a lana ipsa albescētes.Pli.cum de rubeta loquitur iecur eius alligatur in panno leucopho.

GEO. Leucopheatus:Vbi solertis hōis ingeniū ubi illa sfatum græcarū cognitio:qua se cæteros superare iactat:ubi pluria illa & diligens lectio & assidua obseruatio ex q recondita & aliis ignora ta se enarraturū pollicef.An huic hōi nō suboluit

Leucopheatus dictionē eē græcā & cōpositā:nō ne leucon græce albū:phæō uero medium inter album & nigrum ex.qbus leucophæus fiuq uoce utiť Pollux ubi colores enumerat hoc mō ἀϊὸν φαιὸν λογο/ φαιον λευκοφαιον λευκομελαν hoc est xāthū phæon phlogophæon leucophæum album & ni grum est apud græcos hæc non obseruauerit. At Pli.colorem quendam spinæ leucophæon appel lat:& Victruius de his coloribus scribēs:q uirtute aquæ l aialia pgeneranť.hæc ait fontes & flumi na sūt quoꝝ potu pecora q̄uis alba sint alii locis pcreant uellera leucophæa:aliis locis pulla: aliis locis coricino colore ita proprietas coloris cum init in corpus progenerat intinctam cuiusq gñis qualitatē igiť q in cāpis troianis proxime flumē armenta ruffa & pecora leucophæon nascuntur. iō flumē id iliēnses xāthū appellauisse dōr.Ex his cognoscimus natiuū colorem esse leuphæum ex albo & obscuro & illud Pli.trigesimo naturalis hi storiæ legendū eē pāno leucophæo nō leucopho.

Coccinatus DO. Coccinatos.i.gerentes uestes illas cocco.

Amethistinus Amethistinas.i.uestes amethistini coloris Ame thistinus color a colore lapidis sumptis est : erat autem lāis purpuræ ebriētate profucis fiebat etiā

Galbanum tyri amethistus. Natiua.i.pannos natiui colo ris. Fuscos.fordidos. Galbanisce.ge.dicuntur apud græcos. Nos neutro protulimus pro ueste & quidem præciosa luuena.Et galbana rasa. Gal banum item frutex est apud Plini.sed hic de ue ste est metaphoranam ait poeta q̄uis corpus te gat uestibus natiui coloris tñ habet mores coccia tos amethistinos & galbanos.i.luxuriosos. Spe ctat:aspicit.Clam frequētet. Draucos:mētulatos: quos sibi optat ad opus:cætera duo epigramma ta sūt clara. Nō plenū i Calenū q cū prius paup eēt liberalis.nūc adept⁹ cēties milia factus erat aua rus tantæ auaritiæ imprecatur Martialis ut milies milia habeat:qm si id contigerit præ auaritia ab

Denique pædica mamuriane fatur.

De Aquino & Fabritio.

Fabritio iunctus fido requiescit aquinus:
Qui prior elysias gaudet adisse domos
Ara duplex primi testatur munera pili.
Plus tñ est titulo quod breuiore legis.
Functus uterq sacro laudatæ fœdere uitæ.
Famaq quod raros nouit amicus erat.

Ad Eglen fellatricem.

Cantati male:dum fucuta es ægle.
Iam cantas bene:basianda non es.

Ad Helium.

Q d'clamas semp:qd'agētib⁹ obstrepis hæli.
Non facis hoc gratis:accipis ut taceas.

Scazon Ad Meternum de penilingo.

Si non molestum est teq:non piget scazons
Nostro rogamus pauca uersia materno
Dicas in aurem:sicut audiat solus.
Amator ille tristium lacernarum.
Et beticatus atq leucophæatus
Qui coccinatos nō putat uiros esse
Amethistinasq mulierum uocat uestes.
Natiua laudet:habeat & licet semper
Fuscos colores:galbanos habet mores
Rogabit:unde suspicer uirum mollem:
Vna lauamur:aspicit nihil sursum:
Sed spectat oculis deuorantibus draucos:
Nec ociosis mentulas uidet labris.
Quæris quis hic sit:excidit mihi nomen.

Ad Neuolum causidicum.

Cū clamant oēs loqueris:tu Næuole semper:
Et te patronum causidicumq putas:
Hac ratione potest nemo non esse disertus.
Ecce tacent omnes:næuole dic aliquid.

Ad Flaccum.

Litigāt:& podagra diodorus flacce laborat:
Sed nil patrono porrigit:hæc chiragra est.

In Calendum auarum.

Non plenum modo uicies habebas
Sed tam prodigus atq liberalis:
Et tam lautus eras calene:ut omnes
Optarent tibi centies amici.
Audit uota deus precesq nostras:

Atq; intra puto septimas Kalendas
Mortes hoc tibi quatuor dederunt:
At tu sic quasi non foret relictum,
Sed raptum tibi centies:abisti
In tantam miser esuritionem:
Vt conuiuia sumptuosiora
Toto quæ semel apparas in anno:
Nigræ sordibus explices monetæ:
Et septem ueteres tui sodales
Constemus tibi plumbea selibra
Quid dignum meritis precemur istis?
Optemus tibi milies calene:
Hoc si contigerit fame peribis.

De Afra uetula.

Mámas atq; tathas habet:afra:sed ipsa tatharu;
Dici & mámarum maxima máma potest.

De Afro demetrio.

Illa manus quondam studiorū fida meorum:
Et fœlix domino:notaq; cæsaribus
Destituit primos uirides demetrius annos.
Quarta tribus lustris addita messis erat
Ne tñ ad stygias famulus descéderet umbras:
Vreret implicitum cum scelerata lues:
Cauimus & domini ius omne rēisim⁹ ægro.
Munere dignus erat conualuisse meo:
Sensit deficiens sua præmia:meq; patronum
Dixit ad infernas liber iturus aquas.

Ad Licorim.

Qui pinxit uenerem tuam licori:
Blanditus(puto)pictor est mineruæ.

Ad Scæuolam.

Si dederint superi decies mihi milia centum:
Dicebas nondū scæuola iustus eques:
Qualiter o uiuam q̄ large q̄que beate:
Riserunt faciles & tribuere dei.
Sordidior multo post hæc toga:penula peior
Calceus est sarta terq; quaterq; cute.
Deq; decem plures semper seruantur oliuæ:
Explicat & cœnas unica mensa duas.
Et ueientani bibitur fex crassa rubelli
Asse cicer tepidum constat:& asse uenus
In ius o fallax atq; inficiator eamus:
Aut uiue:aut decies scæuola redde deis.

stinebit cibo. Septimas calendas.i.septem menses. Mortes:mortuorum hæreditates. Nigre monetæ:nigra mōeta dicebatur ex ære ut fulua ex auro:neq; ꝓbanda sula illorum qui putarunt Flauios.i.Vespasianū & liberos signasse monetā fuluā nā longe ante eorū tpa.P.Decius tribunus militum donatus obsidionali corona mactauit taurū & dedit cētum fuluos. Semel in anno:natali suo. Selibra plumbea:repetit qđ dixit monetam nigrā:cum tamen nulla ex plumbo fuerit ꝑcussa:dixit plūbeā ut deprimeret.Selibra: genus numeri.i.ut libra seruatis hic noibus in numero pecuniæ qm̄ prius argentū & aurum appendebatur.Vnde libripendes dicebātur qui pendebant Varro docet. Mámas:hoc dictū est in Afram q̄ puelle uerbis utebatur & mammam matrem ta tham patrem appellaret:cū ipsa esset anus.Persi. At iratus mámæ lalare recusas. Maxima mámarum:abuia & omnio anus.Cato de liberis educādis:cum cibum ac potionem buas ac papas docēt & matrem mammam patrem tatham. Illa manus:Demetrium cui epigrammata sua dictabat deflet amissum ait tn̄ se ꝓsecutum esse morientē quo potuit munere:hoc est libertate:nā ex seruitute ipsum manumisit.Illa manus:Demetrii. Fida meorum:studiorum:quia excipiebat carmia.

Mōeta nigra
Mōeta fulua
Selibra
Libripēdes

Nota cæsaribus:Tito & Domi.qbus epigrāmata mittebantur:placet.n.aliquid scriptum fuisse ad titū:q̄uis nihil in opere legamus præter naucissum. Destituit uirides anno.i.iuueniles. Multi Demetrii fuerūt Nepos Anthiochi. Demetrius Calcedonius:orator alius bizātinus philosophus Tertius Tatuarius.Quartus aspondius Apolinis discipulus.Quintus Calatianus scriptor. Sextus Byzātinus itē.Septimus sophista.Octauus tramitenus appellatus ixiō.Nonus Ciræneus.Decim⁹ Septimus & multi ꝑterea inter quos poeta quidā iambicus hic uero nomen serui. Messis q̄rta.i. quartus annus.i.natus erat.xix.annū. Cauimus:ꝓuidimus. Famulus:seruus: quia manumisimus.

Demetri Multi

Cum lues:morbus. Ius dñi remisimus.i.donauimus libertatem. Munere meo:libertatis. Sua ꝓmia libertatem. Me patronum:nā serui manumissis autore Dionysio dominos a quibus fuerāt manumissi.patronos uoce romana appellabant.

Iturus liber.i.donatus libertate. Qui pinxit:Venus iudicio Paridis superauit:Mineruam & Iunonem pulchritudine:nunc Venus fuit male picta ait Poeta pictorem uoluisse blādiri Mineruæ ne .s.pulchrior uideretur. Blanditius est mineruæ quia depinxit deformem Venerem gessit morē Mineruæ:cum qua olim contendit de forma.

Si dederint superi:Scæuole auaritiam accusat qui cum olim nondum haberet quadringenta sestertia:optans:diuitias a diis:pollicebatur se fore liberalē modo decies centena haberet:nunc eas opes affecutus uiuebat auare & tenuiter. Non dum iustus eques.i.cū nōdum haberes legitimū censum equestrē.i.quadringenta sestertia. Faciles:exandiris ꝑcibus. Post hæc.i.post paratas diuitias. Penula:uestis:contra imbres.

De décem oliuis:sex seruantur. Duas cœnas idest & eadem mensa:& uescetis & reliquias ser nasi alteram & sequentem mensam. Veientani rubelli:aut hic deprauatum est nomen aut apud Pli.hoc.n.genus uini rubelli non a ueientanis & nomentanis mitti scribit:ubi uuæ sunt rubentes: quas ut ipse auctor est nonnulli dixerũt rubellas quæ nimiam fecem habent:propterea ait Mart. fex crassa:deprauatus est Plinii codex ueienti na scebat.Horatius:Veientanumq; rubellum. Idem Persius.Cicer tepidum:& madidum. Inficiator & fallax.i.qui decepisti deos & qui depositum ne gas nam inficiator est:qui negat depositum. Vi ne splẽdide & delicate.supra:Hoc fortuna placet posthumus imposuit. Picto:notus lusus leporũ & leonum.Picto collo:nam picti sunt pardi macu lis. Indulgent patientiam.i. ferunt æquo aĩo flagella. Lupata:frenos aureos. Calydon:op pidum ætholiæ ubi meleager interemit aprum.

Inficiator

Lupatũ

Calydõ

Bison

Bisontes:animalia iubata in germania sunt.

Bellua nigra:elepas. Laxos rictus aperta ora & puia. Tenere:comprimere. Cui:cæsari mi tissimo & clementissimo. In nomentanis: Vinũ nomentanum nouum pessimum est:uetus opti mo cuiq; uino conferendum ut uel falernum uel chium:uel setinum possis commode ac recte ap pellare:de nouo in distichis Nomentana meum tibi dat uidemia bacchum.Si te quintus amat cõ modiora bibes.Nomentanum agrum neglectũ ad decem lapides.Acilius:Stenelius & Palemon grammaticus:sua industria in summam fertilita tis laudem excoluerunt. Quicquid uoluit testa anus:hoc est uetus potest cum quouis certare: alibi de falerno:quod uis nomen habere potest.

Interponis aquam:Deridet ruffum frustra ex pectantem.Næuiam de qua supra:parcebat enim uino:ut diutius:posset expectare. Subinde: fre quenter. Diluti:mixti uini. Sobrias nequitias .i.sobrium cultum. Negauit quasi diceret eum abstinere uino:cum amica non esset uentura.

De spectaculo.

Picto quod iuga delicata collo
Pardus sustinet:improbæq; tigres:
Indulgent patientiam flagello.
Mordent aurea quod lupata cerui:
Quod fræno libyci dominatur ursi:
Et quantum calydon tulisse fertur:
Par & purpureis aper capistris:
Turpes esseda quod trahunt bisontes.
Et molles dare iussa quod choreas
Nigra bælua nil negat magistro.
Quis spectacula non putet deorum:
Hæc transit tamen ut minora: quisquis
Venatus humiles uidet leonum:
Quos uelox leporum timor fatigat.
Dimittunt repetunt:amantq; captos:
Et securior est in ore præda:
Laxos cui dare peruiosq; rictus
Gaudent & timidos tenere dentes:
Mollem frangere dum pudet rapinam
Stratis cum modo uenerint iuuencis:
Hæc clæmentia non paratur arte:
Sed norunt cui seruiant leones.

Ad Ouidium.

In nomentanis ouidi quod nascitur agris.
Accepit quotiens tempora longa merum.
Exuit annosa mores nomenq; senecta:
Et quicquid uoluit testa uocatur anus.

Ad Ruffum.

Interponis aquam subinde ruffe.
Et si cogeris a sodale:rotam
Diluti bibis unciam falerni.
Nunquid pollicita est tibi beatam.
Noctem uenia:sobriasq; mauis
Certe nequitias fututionis.
Suspiras retices: gemis:negauit:
Crebros ergo bibas licet trientes:
Et durum iugules mero pudorem.
Quid parcis tibi ruffe? dormiendum est.

Ad Lucium Iulium.

Sæpe mihi dicis luci charissime iuli:
Scribe aliqd magni:desidiosus homo es:
Ocia da nobis: sed qualia fecerat olim.

Mecœnas flacco uirgilioq; suo:
Condere uicturas tentem per sæcula curas:
Et nomen flammis eripuisse meum.
In steriles;campos nolunt iuga ferre iuueci
Pingue solũ lassat:sed iuuat ipse labor.

Ad Gallum.

Est tibi sitq; precor:multos crescatq; p annos
Pulchra quidem uerũ transtyberia domus
At mea uipsanas spectant cœnacula laurus:
Factus in hac ego sum iã regione senex.
Migrandum est ut mane domi te galle salutẽ
Es tanti:uel si longius illa foret.
Sed tibi nõ multũ est:unũ si præsto togatũ:
Multum est hunc unũ si mihi galle nego.
Ipse salutabo decima uel serius hora:
Mane tibi pro me dicat aue re liber.

De Catella publii.

Issa est passere nequior catulli:
Issa est purior osculo columbæ:
Issa est blandior omnibus puellis.
Issa est carior indicis lapillis:
Issa est deliciæ catella publi.
Hanc tu si queritur:loqui putabis:
Sentit tristitiamq; gaudiumq;:
Collo nixa cubat:capitq; somnos.
Vt suspiria nulla sentiantur
Et desiderio coacta uentris:
Gutta pallia non fefellit ullã.
Sed blando pede suscitat:toroq;
Deponi mouet:& rogat lauari.
Castæ tantus inest pudor catellæ
Ignorat uenerem:nec inuenimus
Dignum tam tenera uirum puella
Hanc ne lux rapiat suprema totam
Pictam publius exprimit tabella.
In qua tam similem uidebis issam:
Vt sit tam similis sibi nec ipsa:
Issam denią; pone cum tabella
Aut utranq; putabis esse ueram:
Aut utranq; putabis esse pictam.

Ad Velocem.

Scribere me quereris uelox epigrãmata lõga
Ipse nihil scribis:tu breuiora facis

Sæpe mihi:ad.L. Iulium sodalem affert causam quare non scribat aliquid magnum quia nullum.s.sit premium nec otium. Aliquid magni.i. noli uersari in epigrammatibus. Flacco. Horatio:Mecœnas aluit Flaccum:& Maronem. Iuuat quia cum fructu est. Et tibi sit ad Gallum cui pene idem scribit quod scripsit proculo se.s.non iturum ad salutandum sed missurum mane librum & post decimam se iturum. Transtyberina procul. Vipsanas laurus: porticus romæ quæ uipsana dicebatur cuius meminit Tacitus:huius nemus & lauros spectabat Martialis a fenestra. (Vipsana) Es tanti præcii:hoc officium ut te salutem non ẽ multum si uenio comes & me præsto comitem: sed multum est si me mihi ipsi nego:& amitto tẽpus idest non uacco litteris. Issa est:Publius de deliciis habebat catellam de qua alibi. Pub. exigue si flagrat amore catellæ. Issa:insula in illyrico est:ubi non procul erat melita:ut Strabo scribit:& Pli.delicati mittebantur canes:unde canes melitos dictos putat Calimacus:ut non incommode hãc catellam militeam possit appellare. (Issa) Nequior: lasciuior. Sentit tristitiam & gaudium:idest mœret & gaudet:ac si haberet sensus humanos. Desiderio uentris.scilicet emittendi.

Cum tibi sit regulus causas agebat cũ mittat ad eum epigramma Mar.ait non esse reprehendendumq̧ interpollet occupatũ in causis publicis:nam cum regulus non minus habeat ingenii ut libris possit delectari ꝙ̃ pietatis:qua utitur in causis defendendis:non inepte ei mittitur libellus. Minor pietas. idest cum habeas & ingeniũ sophiæ:doctrinæ. Cum te:ludit in prisco noie ꝓprio:qđ iocãdo accipit appellatiuum:ait.n.salutabam te antea prisce & appellabã te dñm & regẽ uolens aliquid impetrare qm̃ non nouerã te auarum:nunc qđ mihi es cognitus eris mihi priscus .i.te non colã & te proprio nomine appellabo.

Dominus GEO. Cum te non nossem dominum regemq̧ uocabam:parum erudite narraẽ hoc distichum historiam.n.latentem continet:scri.Seneca ad Lucilium solitos fuisse priscos quotiẽs homini ignoto occurrerent eum dominum & regem appellare.Ad quem morem respiciens poeta iocatur in priscum cuius nomen cum ignoraret.non uulgari:sed honorifica appellatione dominum appellabat posteaꝙ̃ autem eius nomen nouit:iã priscũ uocabit innuens uidelicet honorabilius nomen eum amisisse posteaꝙ̃ cognitus fuit.Non tñ negauerim latentem morsum aliquẽ continere qui tñ ab ea quã diximus consuetudine pendet.

DO. Quæcunq̧:docet ubi eius epigrammata emi possint. Inuidebis ocio:q̧ nolles terrere tẽpus. Apinæ.dicuntur res tenues:& uilissimæ:alibi

Apinæ Martialis:Sunt apinæ triceq̧ & si qd uilius istis alii apinas dictas putant ab apiio fructu:qui cortice fragili est ut scribit Plini.Alii ex puerbio ludicro quod erat apud antiquos apina & metaicra urbibus deletis:cum.n rem uillissimam & nullius momenti uolebãt significare:apinam dixere:propterea ait Pli.apinam euersam in ludicrum uerterunt:placet ꝑ sniam.illud sane constat rem exilem & uilissimam esse. Per quem non licet.i.qui nõ finit meas nugas perire:sed excipit & ediscit.

Hos tibi:epitaphium antullæ in nemore consecrato a Fænio Telesphoro eius patre. Dignior ipse pater qui esset mortuus. Quædam in procillum inuidum. Ligustrum:flos:cãdidus. Graculo:graculi sunt aues quæ gregatim uolant:ut Var.& Fabius dicti a uoce. Suspẽdia sæua cogitabis præ inuidia. Cito:idest prima ætate. Occurris:Lupercus auarus uolebat gratis habere epigrãmata:Mar.Poeta arguto ioco eum ludit. Luperci cuiusdã meminit Tacitus in bello aduersus batauos. Ad pirum locum ubi habitabat Mar.potes ad pilã legere.Quod infra indicat:sed tiburtinæ sum proximus accola pilæ.sed placet ad pirũ ut regio ad malum punicũ dicebatur autore Suetonio & Domitiano.

Ad Regulum.

Cum tibi sit sophiæ par fama & cura deorum
Ingenio pietas nec minor ipsa tuo.
Ignorat meritis dare munera:q̧ tibi librum:
Et qui miratur regule thura dari.

In Priscum.

Cũ te non nossem:dominum regeq̧ uocabã:
Cum bene te noui iam mihi priscus eris.

Ad Lectorem.

Quæcũq̧ lusi iuuenis & puer quondam
Spinasq̧ nostras:quas nec ipse iam noui
Male collocare si bonas uoles horas:
Et inuidebis ocio tuo lector.
Sualeriano pollio petes quinto.
Per quem perire non licet meis nugis.

Ad Faustinum.

Hoc tibi uicinos faustine thelesph oꝰ hortos
Fænius:& breue rus udaq̧ prata tenet.
Cõdidit hic natæ cineres:nomẽq̧ sacrauit
Quod legis antullæ:dignior ipse legi.
Et stygias æquũ fuerat patrẽ isse sub umbras.
Sed quia non licuit:uiuat:ut ossa colat.

In Procillum.

Quædam me cupit inuide procille.
Toto candidior puella cygno:
Argento:niue:lilio:ligustro.
Sed quandam uolo nocte nigriorem.
Formica:pice:graculo:cicada.
Iam suspendia sæua cogitabis:
Si noui bene te procille:niues.

De Antulla.

Hoc nemus æterno cineruñ sacrauit honore
Fænius:& culti iugera pauca soli.
Hoc tegitur cito rapta suis antulla sepulchro
Hoc erit antullæ mixtus uterq̧ parens.
Si cupit hũc aliquis:moneo ne speret agellũ
Perpetuo dominus seruiat iste suis.

In Lupercum.

Occurris quotiens luperce nobis:
Vis mittam puerum subinde dicis.
Cui tradas epigrammaton libellum:
Lectum quem tibi protinus remittam.
Non est quod puerum luperce uexes.

Longum eſt ſi uelit ad pirum uenire.
Et ſcalis habito tribus:ſed altis.
Quod quæris propius petas licebit.
Argi nempe ſoles ſubire lætum:
Contra cæſaris eſt forum taberna:
Scriptus poſtibus hinc & inde totis
Omnes ut cito perlegas poetas.
Illuc me pete:nec roges atractum:
Hoc nomen dominus gerit tabernæ:
De primo dabit alteroue nido
Raſum pumice purpuraq; cultum
Denariis tibi quinq; marcialem.
Tanti non es ais:ſapis luperce.

Ad Cecilianum.

Cui legiſſe ſatis non eſt epigrāmata centum
Nil illi ſatis eſt ceciliane mali.



Mar. Val. Mar. Epigrāmatō Li. II. ad Decianū.



Vid nobis inq̄s cū epiſtola?parū ne tibi p̄ſtamus ſi legimus epigrāmata?qđ hic porro dicturus eſt,qđ nō poſſis uerſibus dicere?uideo quare tragœdi epiſtolā accipiāt q̄bus pro ſe loqui nō licet:epigrāmata curio ne nō egent & cōtēta ſunt ſua: ideſt mala lingua. In quacunq; pagina uiſum eſt epiſtolam faciunt. Noli ergo:ſi tibi uī rē facere ridicu

Forū cæſaris:nō Domitiani ſe Augusti:in quo archeſilaus uictor dicauit Venerē genitricem.
Nido:alio uerbo dixit Hora. Nulla taberna me os habeat:uel pila libellos:infra Mar. Hos nido licet inſeras uel imo.



Vid nobis inquis:Vale. Mar. Deciano ſuo amico ſecūdū librū mittit. eū introducit ꝯſulentem cur epiſtolam epigrāmatis præponat: cuius auctoritate cōmotus exit in carmen omiſſa epiſtola. Quare tragœdi comœdi:hoꝶ mos erat uti prologo:quem nunc decianus appellat epiſtolā:nō erat q̄a eo prologo quo alloquebant̄ ſpectatores nō ulla dicebant: q̄ paulo poſt occupatione fabulæ dicere nō poterant:inde eſt qđ ait. Accipiant epi.i.utant̄ ꝓlogo. Loqui p̄ ſe q̄a cum ſpectatoribus ſuo nomine nō poſſunt poſtea occupatione. Curione miniſtra:epiſtola ſuorum ſenſuū. Curio miniſtrum ſignificat.
GEO. Epigrāmata curione non egent. Non ſatis expediuit ſniam poetæ:nam miniſtrū theatralem legimus apud Euſebium Cæſa. interprete Rufino Curiōem eū fuiſſe:qui ad populum iubente p̄tore aut alio magiſtratu aliquid uulgaret conueniriq; uerbis poetæ hmōi expoſitio q.ſ. epigrāmata non indigeant uoce aliena: ſed per ſeipſa ſe aperiant & manifeſtent.
DO. Sua lingua i.ſatis pro ſe loq̄ pōt ſine curione.i.miniſtro. Faciunt epiſtola .i. p̄nt uti ꝓlogo:qđ nō faciunt tragœdi. Noli ergo:hic eſt ſenſus quēadmodū ſi mimmus tē ridiculā facit nō eſt uelandus toga:ita & epigrāmata ſi ſuos iocos p̄ſtat:nō ſunt uelanda epiſtola. Perſonæ ſaltātis.i.mimo. Ræuiariū ferula & pueri uapulabant:& ſenū greſſus iuuabant̄: ea īfirmiſſimū eſt uirgultū:unde ꝓuerbiū apud antiquos erat ī eos qui tenui & exiguo p̄ſidio aduerſus optime inſtructū pugnabant:eos pugnare ferula cōtra gladiatorē:hoc ait Decianus:non eſt qđ cogites ſi male ſcripſiſti te fore tutū aduerſus obtrectatores hac epiſtola: nā hoc eſſet pugnare ferula contra gladiatorē. q.d. iſta epiſtola aduerſus obtrectores puū p̄ſidiū p̄ſtat: uel gladiatores:cum non placebant uirgis cæſi explodebant̄ ex theatro qđ Hora. in ſatyra docet īterp̄te Porphirione. Sit igit̄ ſenſus:uide an uerbera q̄bus retiarii quū nō placēt afficiunt̄ te delectent. q.d. ſi tu offendens nos iſta epiſtola:exploderis cæſus ferula ut retiarius:& ego nō te defendā imo una cū aliis clamo ꝯtinus in te. Reclamant:tractum a ſpectatoribus:q̄ ſtatim reclamant ſi q̄d inepte dixeris. Quid dice. ſi ſcires q̄ lōga epiſtola uſuri eramus:uerba Mar. Paginā: epigrāmaton.
Tercentena:alloquit̄ librū cū dicit ſe adhibuiſſe breuitatē:ut nullo tedio plegat̄:qđ ut aſſequi poſſit:ut ī manus ueniat calēte mero ait tamen ſe uereri:ne ita quoq; longus uideat̄. At nunc diſce:docet cōmoda breuis libelli. Tertia.i. tertium cōmodū. Sicui:ſi ab aliquo. Mixto:infuſo. Quicunce:ſic in iſta breuitate. Hei mihi ob quam a multis non legeris.

Ferula

Creta: Domi. post duplicē triumphū de dacis populis germaniæ: germanici cognomē assum psit: septēbrēq mensem appellauit germanicū: qd eo incœpisset bellū hoc cognomē anteponit Mar. laudi Metellu quia Creta deuicta cretēsis dictus & cognomini Scipionis Affricani: cui afri ca uicta nomē dedit: dēiq triūphis: quos Vespa/ sian9 & Tit9 duxerāt ex iudæis: qm̄ nō solus Ve spasian9 aut Tit9: sed uterq arma illis itulerat: triūphi uero germāici solus sit possessor & dñs Domi. a Creta Metellus Creticus dictus ē: Oui. in fastis. Rheno domito. i. populis germanis: nā germanicus frater Tiberii inde cognomē as sumpsit. Et puer: quo pacto debuit dici germa/ nicus Domi. puer uicit ne germanos: nimiū est ex historia uel ut itelligas eū patrē secutū eēq añ susceptū imperiū duas ualidissimas germa/ niæ gētes deuicit: penetrauitq usq i britaniam uel qd magis placet qm̄ cū iuuenis esset adhuc una cū Antonio & Mutiano, batauos germaniæ populos i leges & ditionē coercuit. Bataui autē hñt isulā i rheno ad cētū milia passuū. De hac hi storia Silius At tu trāscēdēs germanice fcā tuo/ rū lā puer auricomo pformidate batauo: illic tū britano legim9: qd nihil refert: nā codices plæri q hñt batauo & eadē fuit expeditio. Idumæos ex iudeis. q. d. iudei fuerūt uicti armis fraternis: & pris: at solus uicisti germaniā. Sexte: Sext9 iactabat se nihil cuiquā debere: Mar. hois iactan tiā ioco subsanat: aitq se id credere: qm̄ is tm̄ de bet qui pōt soluere. O q̄ blādus: Amianus ha/ bebat rē cū matre. Quā blandiť tibi mř. No/ mina neqora. i. hæ blanditiæ placent. Nec soro rē: sed uxorē. Nec ualeā: iuerat salutatū Decia/ nū sæpenumero q̄ ad duo milia passuū distabat sed ille: uel aliis negociis occupatus negabat se esse domi: uel aberat: ait poeta sibi non eē mole stū ire duo milia passuū ut eū uideat: sed sibi gra ue eē ire quatuor: & eū nō uidere: amittereq la borē. Ne ualeā. i. peā. Vacas tibi: indulges ocio. ꝟl nūc: in delicatū & seuerū lectorē quē duab9 paginis fessum dicit id oscitare: & spectare ulti/ mā partē libri: pp ea eos sibi male cōsulere: qui iubent: ut epigrāmata q̄ olim recitabat: & habe banť in admiratione redigat in libellos: & emit tat. Oscitationes. i. distractiones oris: qd est si/ gnū fastidientis. Spectas aeschatocolicon. i. ul/ timā paginā & finē libelli. Vitelliani erant pu/ gillares: qbus res amatoriæ & lasciuæ scribeban tur. In distichis: Nōdū hos legerit puella: Nouit qd cupiant uitelliani. Rapta: raptim hæc sunt singula redacta I librū. Macer. breuis. Supini ores. i. grauiores nūquā uidi maiorē ignauiā. Bo uillæ uenienti ex aricia occurrūt: paulo citra lo/ cū ubi erat tēplū bonæ deæ: ea uia celeberrima erat: & sacris aricinis & amœnitate locoꝝ cele/ brē fuisse ostēdit Iuue. Dignus aricinos: q medi/ caret ad axes ꝑpterea poeta sumpsit metapho/ rā a uiatore cursuro bouillas. Pedianus autem ædes camœnarum erat ad portam trigeminam condita: ut alii annales habent a fuluio nobilio re: ut alii ab Octauio tibicine.

lam: & togā saltātē inducere psonā. Deniq ui/
deas ante delectet cōtra retiariū ferula. Ego in/
ter illos sedeo q ꝓrinus reclamāt. Puto me her/
cule Deciane uera dicis. Quid si scias cū qua &
quā lōga epistola negociū fueris habiturus? Ita
q qd exigis fiat: debebūt tibi: si q i hūc librū ici
derint qd ad primā paginā nō lassi puenient.

Ad librum suum.

Tercentena quidē poteras epigrāmata ferre
Sed quis te ferret: perlegeretq liber?
At nunc succincti quæ sunt bona disce libelli:
Hoc primū est breuior qd mihi charta perit.
Deinde quod hæc una peragit librarius hora:
Nec tantum nugis seruiet ille meis.
Tertia res hæc ē quod si cui forte legeris
Sis licet usq malus: non odiosus eris.
Te conuiua leget mixto quicunce: sed ante
Incipiat positus q̄ tepuisse calix.
Esse tibi tanta cautus breuitate uideris:
Hei mihi quā multis sic quoq lōgus eris.

Ad Cæsarem Domitianum.

Cretā dedit magnū: maius dedit africa nomen:
Cipio quod uictor: quodq metellus habet.
Nobilius domito tribuit germania rheno.
Et puer hoc dignus domine cæsar eras.
Frater idumeos meruit cum patre triumphos:
Quæ datur ex catis laurea tota tua est.

Ad Sextum.

Sexte nihil debes nil debes sexte fatemur:
Debet enim si quis soluere sexte potest.

In Amianum.

O q̄ blandus es amiane matri
Quam blanda est tibi māter amiane
Fratrem te uocat: & soror uocatur.
Cur uos nomina nequiora tangunt?
Quare non iuuat hoc quod estis esse?
Lusum creditis hoc: iocumq: non est
Mater quæ cupit esse se sororem'
Nec matrem iuuat esse: nec sororem.

Ad Decianum.

Ne ualeam si non totis deciane diebus
Et tecum totis noctibus esse uelim:
Sed duo sunt: quæ nos distingūt milia passum

Q uatuor hæc fiunt:cum rediturus eam:
Sæpe domi nõ es:cũ sis quoq; sæpe: negaris:
Vel tantum causis:uel tibi sæpe uacas.
Te tamen ut uideã:duo milia non piget ire:
Vt te non uideam:quatuor ire piget.

Ad Seuerum.

I nunc edere me iube libellos:
Lectus uix tibi paginis duabus
Spectas aeschato colicon seuere.
Et longas trahis oscitationes:
Hæc sunt quæ religente me solebas
Rapta scribere:sed uitellianis
Hæc sunt singula quæ sinu ferebas
Per conuiuia cuncta:per theatra
Hæc sunt:aut meliora si qua nescis:
Q uid prodest mihi tam macer libellus:
Nullo crassior ut sit umbilico:
Si totus tibi triduo legatur:
Nunquam deliciæ supiniores:
Lassus iam cito deficis uiator.
Et cum currere debeas bouillas:
Iter iungere quæris ad camœnas.
I nunc edere me iube libellos.

In Attalum.

Declamas belle:causas agis attale belle:
Historias bellas:carmina bella facis
Componis belle mimos epigrãmata belle.
Bellus grãmaticus:bellus es astrologus.
Et belle cantas:& saltas attale belle:
Bellus es arte lyræ:bellus es arte pilæ.
Nil bene cũ facias:facis attamẽ omnia belle:
Vis dicam quid sis?magnus es ardelio.

Ad Lectorem.

Si qua uidebuntur chartis tibi lector in istis.
Siue obscura nimis:siue latina parum:
Non meus est error nocuit librarius illis:
Dum properat uersus annumerare tibi:
Q uod si non illũ:sed non peccasse putabis:
Tunc ego te credã cordis habere nihil.
Ista tñ mala sunt:q̃si nos manifesta negemus
Hæc mala sunt:sed tu non meliora facis.

De Næuia.

Scripsi:rescripsit nil næuia:non dabit ergo?

Iter iungere quæris:inter iungũt hi:qui per iter/
ualla quiescunt in cursu. Camœnas:ad ædẽ mu/
sarũ.Bouillas:inquit cursus uis subsistere ad por/
tam.Edẽ autẽ camœnaꝝ primus Numa erexit:au
ctor Liuius in primo ab urbe & Plutarchus. De
clamas:in Attalum qui artes oẽs attingebat nul/
la erudiebat.Mar.quærit quõ debeat appellari cũ
pariter oẽs artes attingat:& ita ut nullam assequa
tur & ediscat:ut ab eo possit accipere nomẽ.Ficto ardelio
igit nuper uerbo dicit eũ debere appellari Arde
lionem:nã ardeliones sunt qui studio quodã ar/
dent in rem oẽm:& nullam prosequunt. Decla/ Decla
mare est ficte orare ad exercitationem. Mimmi: mare
poemata qualia scripserunt Laberius Publius phi mimmi
listio:in his solus risus quærebat:hi poetæ mimo mimo
graphi dicunt. Ardelio:nomẽ studii:& nõ doctri graphi
næ ab ardendo.i.festinando.Ardeliones ad oĩa fe
stini & curiosi:sed ut dixi nouitate nois iocatur.
Scripsi:in næuiã iocus est:nã dare absolute apud
Mar.modo ẽ dare p̃cium mõ dare coitũ: ut illud
res perridicula est uis dare.s.coitũ nec dare uis.s.
p̃cium exigebat p̃cium Martia.Næuia pro coitu.
Non dabit ergo.s.coitum interrogatiue:imo da
bit.s.p̃cium:ut emat a me coitum.q.d. si uoluerit
a me coitum:oĩno solo uel:aliter enim nolo. Ba
sia dimidio:Posthumus male olebat conscius hu
ius rei dimidio labor oscula dabat occurrentibus
amicis:Martia.dicit se non ægre ferre si dimidio
tm̃ labor osculat:sed se facere potestatẽ ut dimi/
dium adimat. Posthumus:nomẽ fictũ est apud
poetã:ut idicat:Quis sit posthumus in meis libel
lis non dicã. Licet demas:potes demere:hoc etiã
dimidiũ & id facile patiar. Quod fronte:ad ruf
sum cœnipetam:ita habet inscripto antiqua.i.se/
ctantem & petentem alienã cœnam. Nubila: tor
ua & mœsta. Porticũ ser.i.serus terit porticũ. Pi
gentorpẽs tacet qddã lugubre:qddẽ isigne luct9.
Indecens:turpis terit terrã demisso uultu:ita enĩ
est habitus lugentis. Decoquere: si absolute di/ Deco/
cat est fugere ob æs alienum.si cum accusatiuo si quere
gnificat penitus cõsumere:tractum a rebus quæ
consumuntur coctione. Mirrha:suauissimi odo/ mirrha
ris arborem habent:ut nonnulli dixere in eadẽ sil/
ua cum thure:& cum alia unguẽta ex diuersis re/
bus constarent:sola mirrha habebat p unguento.
Non alienus:idest semper habes odorẽ alienũ
& accersitum. Hoc mihi suspectum:quia non be
neolet semper: quia non habet bonum odorẽ &
naturalem:erat enim fellationis uitio olidũ: sed
id odoribus emendabat.

Et iudex: cauillaẽ in Sextũ q̃ adeo gloriaẽ illa iactãtia se nihil cuiq̃ deberet: ut iustis ẽr creditorib⁹ ambagibus litiũ rẽ creditã negaret: nũc in litigantẽ aduersus creditorẽ iocaẽ: & ait poeta Sexte dũ unũ creditorẽ uis subterfugere tres habes: nã & iudex petit: & patronus & creditor fuerit prudentius creditori soluere: ut duos deuites. q̃ unũ subterfugere ut in tres incidas. Nil intentatũ: in Seliũ cœnipetã: q loca urbis ubi hoĩum cõuentus eẽ solerent discurebat: ut ab aliquo inuitareẽ: poeta iocaẽ dũ singulis ĩ locis anxiũ: & solicitũ cœnæ ostẽdit. Europæ: ex oĩbus urbis locis cãpus martius habitus dignus est autore Strabone: in quo p̃clarissima picturarũ alioꝶq; ædificioꝶ opera collocarenẽ: uel loco saltẽ uicino. Non p̃cul igiẽ a cãpo martio erat fabula Europes picta in porticu quẽadmodũ uecta est a ioue uerso in taurũ: eratq; p̃pe locus buxo cõsitus exercitatiõi & cursui aptissimus. Alibi Mar. Sed curis niueas tm̃ p̃pe uirginis undas: Aut ubi sidonio taurus amore calet.
Achileos pedes. i. celeritatẽ tuoꝶ pedũ: nã achilles hoc epitheto frequenti carmine celebraẽ ab Homero ποδασ ὠκυσ αχιλλευσ uelox pedibus Achilles stulte: alii exponũt pedes Achileos .i. carmina de Achille: amici igiẽ Pauli currentis Selius uelocitatẽ laudabat: ut ita uenareẽ cœnã.
Sine fine: supra quã dicebat. Si nihil: fecit. i. si nihil potuit asseq. Philliridesː Chiron phillirӕ & neptũni q erat ĩ fabula: argonautaꝶ pictus. Esonides: Iason filius æsonis Argonautæ picti erãt in cãpo martio ĩ amœnissima Porticu & ambulatione q̃ multis frequẽtabaẽ: alibi Mar. An spacia carpit lentus argonautaꝶ. Mẽphitica: isis tẽplũ habuit romæ p̃ximũ ei in cãpo q erat cõiũctus cãpo martio: Iuuen. Calida q̃ petitas a meroe potabit aquas. ut spargat in eadẽ Isidis ĩ antiquo q̃ p̃xima surgit ouili. Sacra ãt illa celebranẽ magna hoĩum frequẽtia: & ĩde sæpenumero scortatiões: & lenocinia parabãẽ. Mẽphitica ægyptia: q a ex ægypto.
Iuuenca isis q̃ olim iuuẽca fuit. Mœsta: epithæton isidis pp mortẽ mariti Osiridis. Centũ colũnis: porticũ uipsanã intelligit: ut alii põpeianam. Versus sũt Ouidii & plures pp illud: historia tradit hãc fuisse igẽti sũptu ædificatã & nobilẽ iter cetera ornamẽta industria antiphili pictoris: q illic pinxit Cadmũ & Europẽ. Dona: Põpeii. hi maxime ornarũt urbẽ ædificiis Põpe. Iulius Cæsar. Augustus & eius familiares Octauia: Põpeius theatrũ struxerat p̃ter porticus & multas ĩ ãbulationes. Duplex nemus qd̃ garriũt: nõnulli de curia Põpeii nõne uel Strabonis uerba sunt satis q scribit hortos nemorosos circa hæc loca fuisse: ut intelligas Nemus duplex. i. latũ. uel uerba Liuii qd̃ magis placet q scribit locũ in urbe fuisse. q dicebaẽ inter duos lucos & qdẽ amœnũ. Nec spnit. i. descẽdit. Fortunati. N. P. Eliã. i. balnea uentosa.
Buxetũ Renuẽte deo. i. nõ fauẽte. Buxeta: loca consita
Fagutal buxis ad Europã porticũ: buxetũ dictũ est: ut quer
Fagutalis cetũ: cornetũ: ilicetũ fagutal. a fago. Vñ fagutalis iuppiter. Tepida: q a post meridiẽ illic inambulabãt ad exercitationẽ alibi. An delicatæ solerur/

Sed puto quod scripsi legerit: ergo dabit:

In Posthumum.

Basia dimidio q; das mihi posthume labro:
Laudo: licet demas hinc quoq; dimidiũ:
Vis dare maius adhuc & inenarrabile mun⁹.
Hoc tibi habe totum posthume dimidiũ.

Ad Ruffum de Solio.

Quod fronte selium nubila uides ruffe:
Quod ambulator porticum terit seram:
Lugubre quiddam quod tacet piger uultus
Quod pene terram tangit indecens nasus
Et dextra pectus pulsat: & comam uellit:
Non ille amici fata luget aut fratris.
Vterq; natus uiuit: & precor uiuat.
Salua est & uxor: sarcinæq; seruiq;.
Nihil colonus uillicusq; decoxit.
Mæroris igitur causa quæ est? domi cœnat.

In Posthumum.

Esse qd hoc dicã qd olent tua basia myrrhã?
Quodq; tibi est semper nõ alienus odor.
Hoc mihi suspectũ ẽ: qd oles bñ posthũæ sp
Posthume nõ bene olet: qui bene sp olet.

Ad Sextum.

Et iudex petit & petit patronus
Soluas censo sexte creditori.

In Selium.

Nil intentatum selius nil linquit inausum:
Cœnandum quoties iam uidet esse domi.
Currit ad europen & te pauline tuosq;
Laudat achilleos sed sine fine pedes.
Si nihil europe fecit: tum septa petuntur.
Si quid philirides præstet & æsonides
Hic quoq; decept⁹ mẽphitica tẽpla frequẽtat:
Assidet & cathedris mœsta iuuẽca tuis:
Inde petit centum pendentia tecta columnis
Illinc pompeii dona nemusq; duplex.
Nec fortunati spernit: nec balnea fausti:
Nec grilli tenebras æoliamq; lupi.
Nam thermis iterum cũctis: iterũq; lauaẽ:
Omnia cum fecit: sed renuente deo:
Lotus ad europes tepida buxeta recurrit:
Si quis ibi serum carpat amicus iter
Per te perq; tuam uector lasciuie puellam:

Ad cœnam ſelium tu rogo taure uoca;

In Hermem.

Quod nulli calicem tuum propinas:
Humane facis herme:non ſuperbe.

In Zoilum.

Zoilus ægrotat,faciunt hanc ſtragula febrē:
Si fuerit ſanus:coccina quid facient?
Quid torus a nilo?qd ſindone tinctus olenti?
Oſtendit ſtultas quid niſi morbus opes?
Quid tibi cū medicis?dimitte machāas:ōis.
Vis fieri ſanus?ſtragula ſume mea.

Ad Amianum.

Tōnſtrix ſuburæ faucibus ſedet primis:
Cruenta pendent qua flagella tortorum:
Argiq; lætum multus obſidet ſutor.
Sed iſta tonſtrix amiane non tondet.
Non tondet inquam:quid ergo facit?radit.

In Maximum.

Capto tuā(pudet heu)ſed capto maxīe cœ(nā
Tu captas alias:iā ſumus ergo pares
Mane ſalutatum uenio:tu diceris iſſe
Ante ſalutatum:iam ſumus ergo pares.
Sū comes ipſe tu⁹.tumidiq; anteābulo regis
Tu comes alterius:iam ſumus ergo pares
Eſſe ſat eſt ſeruum:iam nolo uicarius eſſe:
Qui rex eſt regem maxime non habeat.

In Zoilum.

Fœlicem fieri credis me zoile cœna:
Fœlicem cœna zoile deinde tua?
Debet aricino conuiua recumbere cliuo:
Quem tua fœlicem zoile cœna facit.

De Paulo.

Carmīa paul⁹emit:recita ſua carmīa paulus:
Nam quod emas poſſis dicere iure tuum.

In Poſthumum.

Baſia dās aliis:aliis das poſthumæ dextram.
Dicis utrū mauis elige:malo manum.

De Eodem.

Quid mihi uobiſcū ē o phœbe nouēq; ſoro(res
Ecce nocet uati muſa iocoſa ſuo.
Dimidio nobis dare poſthumus aſi ſolebat:
Baſia nunc labro cœpit utroq; dare.

De Eodem.

ſus europæ iter tepētes poſt meridiē buxos. Voca ad cœnā.i.adime uiti Selio:nā ſi cœnabit cum ioue diſcedet e uita:qd urbāiter dicit:quū aliud dicere uideat. Quod nulli:potes accipe Hermi calicē fuiſſe uenenatū:uel qd magis placet os ſetidū fuiſſe ob ſellationē:nā hoc ſenſu ſolet ī ſellatorē iocari:ut ī Sabidiū:cuius flatu ait æſcā merdā eē factā hic nulli ꝓpinabāt calicē qd uidebat ſupbi hoīs:ſed eū humane agere ſcri. Mar.ne perdat cōpotorē ueneno uel ſetore poti⁹ aiæ ex ſellatione. Zoilus:zoilus ut opes lecti oſtētaret ſe ægrotū ſimulabat:ait Mar.nō opus eē medico ad leuādū morbū:ſed uilioribus ſtragulis. Stragula ut Varro ſcribit dicebant oīa q̄ lecto ſternebantur.

Coccina.i.ſtragula tincta cocco. Torus.lecti ornamētū erat ex lino.maximi ꝑcii habebat. ſi ex illo goſipio lino ægyptio eēt cōfectus.nā linū illud cādore & ſubtilitate ꝑſtat. Tict⁹.nō placet tictus:nā tict⁹ nō ē lecti ornamētū:ſed ueſtis mulebris:nūc poeta de ſtragulis loquit.Legat ergo uel tinctus ut repetas torus.hoc ē qd faciat torus tinct⁹.

Sidōe olēti.i.purpura:uel tigus nā tig⁹ornamēti genus erat appellatione barbara:autor Varro. Sindone eſt genus lini ſubtiliſſimi.ut legas qd tigus faciet confectus ſidone lino ſubtiliſſimo.

GEO. Sidone olenti.tibi nō credo.q pleriq; oīa uaniſſime effutis.niſi ſcriptorē dederis. q hæc dieat ī uenio apud ſcriptores græcos ī primis apud libaniū ſidonē ꝑ uello ſubtiliſſimo accipi. In quā ſignificationē uenit illud euangelii. ubi narratur corpus domini inuolutum fuiſſe ſindone.

Sidon enigma

DO. Olenti.ſ.bene. Machaones.medici dicti a Machaone filio Eſculapii. Sume mea ſtragula:q̄ȳ ea noles oſtētare.ſunt.n.uiliſſima.& ita fies ſanus hoc ē nō ſimulabis te ægrotare. Tonſtrix.in tonſtricē quādā.q nō ſolū tōdebat.ſed pecunia homines radebat.grandē.n.coitus mercedem poſcebat. Qua pen.fla.nā illic erāt flagella eoꝝ q puniebant alios.Hor.Metuens pēdētis habenæ tortores q dānatos flagris afficiebāt. Obſidet.ſutor in argileto erant multæ ſutrinæ. Capto.in Maximū.q uolebat eē dñs Marti.cū ipſe aliis ſeruiret. Captare ē blandiciis & ſeruilib⁹officiis aliqd q̄rere.ut ſcurræ & alii. Anteambulo dr qui ambulat ante dñm honoris grā.hoc ē uſus uerbo Tranquilus.qd perraro inuenies.atq; haud ſcio an uſquā ꝑterq̄ in uita Veſpaſiani.ubi ſcri.mrēm ſolitā appellare eū anteābulonē frīs. Vicari⁹.i.nolo uices ſerui ſuſtinere.i.nolo eē ſecūdus ſeruus.nā q aliis ſeruiſ ſeruiētibus ſunt ſeruoꝝ uicarii. Rex.i.dominus.nā rex apud Hora.Iuue.& hūc poetā dr q colit a clientib⁹.ut patronus ſeruoꝝ:Vnus.L.Columella ꝑter hos poetas in ꝓhemio hoc uerbo ita uſus eſt.q̄ regis inqt ſomnos aucupari. Fœlicē.i zoilū ſimulantē aduerſam ualitudinē.ut ſupra dictū.& accipiētē amicos mēſa.q̄ ægrotātibus ſolet parari. Debet.oportet eū eē egrotū q tecū cœnet nā cōuiua ad cliuū aricinū eſt mendicus corpore læſo. Quē tua cœna fœlicē facit.i.cui placet tua cœna.& ea ſe putet fœlicē.nā cibis q dē lautis erat parata:ſed iis q ſolēt dari ægrotātib⁹. Vn̄ cauillat

cœnā eā esse aptā ægrotis:& eos q ægroti medicant ad diuā aricinā se putaturos fœlices ea cœna. Basia: .i.malo manū q̄ basia:qa male olent. Quid: ob illud epigrāma:basia dimidio. Cœpit utroq da:ut illud ulcisca͡t. Nōdū uō dicā nomē Posthumi & qs singa poterit uindicare sub spē amicitiæ dādo basia mihi:q male olent. Si dem Cādidū de quo alibi:Cādide κοινὰ φιλῶν.Is amplissimis uerbis pollicebat͡ se fore ōis aduersæ fortūæ comitē Mar.poeta ait se nolle amicū:q tm̄ i calamitate sit comes:sed eū q si factus fuerit diues det aliqd. Tristē rea.si fueris reus. Reo.s.te. Exulis:tui. Dat:fortūa.Hoc ē si fortuna dat. Partē.i.dimidiū. Multū ē.i.posses dicere nimiū eē dare dimidiū. Das aliqd:diterrogatiue.q.d.nō. Das nūq̄: Galla meretrix:q̄ nō stabat pmissis:uā inqt: si sp ↄtrariū facis:nega mihi:& dabis. Quod q̄ru lū:pp tussim Bitinicus sperabat Næuiā morituā qm̄ tussi uehemētius agitabat͡:sed fallit͡ :qm̄ Næuia meretrix ita solet blādiri. Spirat:anhelat. Blādit͡.s.tibi auaro:nā tu capis is blāditiis:quū inde speres cito morituā. Laudātē:cœnæ cū retia tēdit.i.cū captat cœnā. Accipe:audi. Effecte:plēe.

Facta ē iā tibi cœna:q a cœnabis mecū. Hoc uolo te dicere:uerba ei⁹:q laudat⁹ ē a Selio. Tacet:lege:nō tace.Ita hēt codex antiqu⁹.i. cū audit Seli⁹ cœnā sibi eē paratā:statī let q̄si affecut⁹ qd̄ uolebat & timēs ne loquēdo offēdat. Rideto:i Sextiliū masturbatorē & fellatorē.is cōttacta frōte & stoico supcilio nolebat uideri mollis:Mar.iocat͡:& q̄si uideat͡ assentari:ait Sextilū nō debere uereri quod aut cinædus:aut pædico:aut fututor: aut cūnilingus hēat͡:sed tn̄ duas res supesseq̄ uel ab hispido & seuero possint effici.hoc ē fellare & masturbari. Rideto.i.derideto illū q te appellauerit cinædū.

Coſconi qui longa putas epigrāmata noſtra.
Vtilis ungendis axibus eſſe potes.
Hac tu crediderís longum ratione coloſſum:
Et puerum bruti dixeris eſſe breuem.
Diſce quod ignoras: marſi doctiq; pedonis
Sæpe duplex unum pagina tractat opus.
Nō ſunt longa: qb⁹ nil ē quod demere poſſis:
Sed tu coſconi diſticha longa facis.

Ad Cecilianum.

Eſtiuo ſerues ubi piſcem tempore quæris?
In thermis ſerua ceciliane tuis.

In Naſicam.

Inuitas tunc me cum ſcis naſica uocatum:
Excuſatum habeas me rogo: cœno domi.

De Fannio.

Hoſtem cum fugeret: ſe fannius ipſe peremit.
Hic rogo: non furor eſt: ne moriare: mori?

In Zoilum.

Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit:
Cum tamen hæc tua ſit zoile ſandapila.

Ad ponticum.

Abſciſſa ſeruum fœdas: quid pontice lingua?
Neſcis tu populum: quod tacet ille: loq?

In Sæuum maritum.

Fœdaſti miſerum marite mœcum:
Et ſi qui fuerant prius requirunt.
Truncis naribus auribuſq; uultus:

Argenti: nōnulli codices habent Iſſe: ut ſit ꝓprium nomen quod nō diſplicet: ſenſus eſt: Marius colebatur ab amico: qui nihil ſiſ dabat & ipſe hæreditatē Marii captabat: moriens Marius reb⁹ iam oībus diſtributis addidit in extrema pte teſtamēti ſe relinquere ſex libras argēti huic amico: q; negatū cū mane eſſet poeta iocaƭ in captatorē Marii: & ait eū nō debere iraſci: nā plus accepit q̄ dederit. Nihil inqt dabas Mario: Marius dedit tibi uerba. Iocaƭ ex uerbis quæ opponit. Nihil dare & dare uerba: nā cum idem ſit: tū dare uerba uideƭ eſſe aliqd ſi uocem audias nō ſenſum. Coſconi: Coſconiū carpit: qui nō ratione ſed numero cenſebat uerſus & epigrāmata: uel longa: uel breuia: docetq; Poeta multoꝝ uerſuū epigrāmata: ſi bene cōpoſitum ſit nō poſſe uideri longum: ſed diſticha Coſconii male compſita eſſe longa. Vtilis ungendis axibus: quia uiam quancūq; putabis eē longā: & ita ualde unges rotas & axes in uia breui: ut ſpacium celerius ſuperes Plin. de quodā emplaſtro: antiqui maxime axibus uehiculorū perungendis ad faciliorē circūactum rotarū utebantur: ſic ſi tu iudicabis epigrāmata eſſe longa multitudine carminū: ita breuem uiam putabis eē lōgam. Hac ratione: qua tu cēſes epigrāmata mea eſſe longa: ita dices coloſum eſſe longum: qui longus eſſe non poteſt cū habeat proportionē ſuam.

Puer Bruti: Pulcherrimus fuit: ſed exiguæ ſtaturæ: ut nō debeat uideri paruus: cū haberet ſuorum mēbroꝝ ſuam ꝓportionem in diſtichis Gloria tam parui nō eſt obſcura ſigilli: iſti⁹ pueri Brutus amator erat: Plini. Appollodorus puerum fecit: quem amando Brutus philipēſis cognomine ſuo illuſtrauit. Duplex pagina: ideſt paginæ habent unum epigrāma: Marſus & pedo duab⁹ paginis unum tantū opus abſoluunt: an hoc dicit q placet: q q̄uis duab⁹ paginis inſerant uaria epigrāmata tamē adeo recte componūt ſuauitate multa epigrāmata: ut unum iudicari poſſunt. Ignoras: non aīaduertis epigrāmata: in quibus nihil eſt ſuperfluū: nō debent uideri lōga: ſed tua diſticha: qa habent uerba inania & incōpoſita longa eſſe uideƭur. Eſtiuo: cecilian⁹ thermas ædificauerat: quæ erant nullius caloris: in eas iocaƭ poeta. In thermis tuis: ſerua: quæ ſunt frigidiſſimæ non modo hieme: ſed etiam æſtate. Inuitas: o Naſica tu uocas me ad cœnam: cū ſcis me ab aliis uocatum: tu non uis me uenire. Propterea non egebas aliqua excuſatione: uel quod Martia. inuitet ſe cum dicat non eſſe inuitatū: ſed domi cœnare ut poſſit ire.

Hoſtem: hoc nō magis dictū eſt in Fanniū q̄ in Catonē Hannibalē & Neronem: & multos q idē fecerunt de Fannio Cepione loqtur: qui dephenſus in ꝯiuratione aduerſus Auguſtū ſibi mortem conſciuit. Laxior: Zoilus amplam lecticam ſibi confecerat: maxime lecticæ dicebātur octophora: quibus delicati & maximi uiri utebantur. hoc uerbum apud Cicero. & Tranql. in Calicula: quem ſcribit adeo delicate inceſſiſſe nonnunquam: ut octophora ueheretur: aliæ lecticæ exaphora dicebantur: q; a. vi. ſeruis uehereƭur: de quo periphraſticos Iuuena. eſt locutus: cum ait: Cum iam ſexta ceruice feratur Hinc atq; inde patens. Sandapila erat feretrū uilioꝝ tātūmodo cadauerū: q̄uis legamus Domi. ſandapila elatū fuiſſe: nā hmōi hoīes mortui apud Poetā dicunƭ pauperes ſcilicet & ignaui & alibi. Nō debes fieri mortuus exaphoro: & alibi uis ſine febre mori alibi Hoc rogo dic nō eſt cēna pentre cito. Fœdaſti: ad eūdē mœcum mariti. Requirunt enim ſe: ideſt ipſi reminiſcuntur: q̄uis ipſe non dicat.

Octophoræ
Hexaphoræ
Sauda

Vindicatum:a libidine uxoris liberatum uel ulñ. Irrumatem:ñ uxor erat fellatrix. Mollis: Sertori
us ficulus erat.Is lingebant cũnos Martia.ait philoctetẽ oll fuisse pathicũ:qm̃ Venus irata ob mortẽ Pari/
dis eo pruritu & dedecore hominẽ affecit:sed uerisimile est Sertoriũ nõ interfecisse Parid: amicũ Vene/
xis:Veneris filiũ ipm Erycẽ:de quo tantũ:Venus sumat supplicii ut lingat cunnos:nã Venus hostẽ ulciscitur
turpis amoris desiderio iniecto. Heros pœantius.i.Philoctetes filius pœantis Oui.Nõ te pœantia proles
Expositũ lẽnos nso cũ crimine hẽt:nõ tñ mansit in Lemno Philoctetes:sed cũ Hercule uenit inde i Apu
liã:ubi cõdidit Petiliã:& uñ Apollodoro teste mi/
sit colonos in Siciliam.Mollis:pathicus. Sic ul/
ta est:idest sic sumpsisse supplicium dicit. Eryx
Eryx filius Veneris & Butæ. Ex hoc Sertorio ut cre
dibile esse Eryce interfectũ ab Sertorio:cum sum
pserit grauius supplicium Venus ut lingat.s.cũ
nos:quod turpius est:q̃ cinædũ. ut erat Philocte.
Cocta Vimine:Cocta in delitiis erat romanorũ eadẽ
De co/ decocta dicebat refrigerabat niuibus :ut gratior
cte esset:Iuue.Frigidior geticis petitur decocta prui/
nis:hoc est q conqueritur his uerbis:Plini.Ad frigi
das potus uas petit in nubila.i.in niues.Id fuit in/
uentũ Neronis pp̃terea ipse quasi peculiari inuẽ
to carens ingemiscit apud Tranquil.hæc est deco
cta neronis:nunc erant saturnalia:mittebant xe/
nia.i.hospitalia munera amicis:Mittit colũ niua/
riũ hoc epigrãmate.Colũ niuariũ erat saccus ex ui
mine pãnoue:uñ uinũ:aut aqua decocta attenua/
bat:ut eẽt frigidior:de hoc plura in distichis:Pli.
Hi niues illi glaciẽ potãt:pœnasq; montiũ in uolu
ptatẽ gullæ uertũt:seruat algor æstibus:cogiturq;
ut alienis mẽsibus nix algeat:decoquũt alias:q̃s
mox & illas hyemãt. Tpe Saturnini saturnalib9.
Custodia:tegimẽ. Clausa septa:& cõpacta leui
uimine. Toga ras:æstiuo tpe utebant. Si que/
reris:nõ cõuenire hoc uas coctæ qd mittit appel/

Credis te satis esse uindicatum.
Erras:iste potest & irrumare.

De Sertorio.

Mollis erat facilisq; uiris pœantius hæros:
Vulnera sic paridis dicitur ulta uenus.
Cur lingat cũnum siculus sertorius:hoc est:
Ex hoc occisus ruffe uidetur eryx.

De Colo niuario

Vimine clausa leui niueæ custodia coctæ.
Hoc tibi saturni tempore munus erit.
Dona quod æstatis misi tibi mense decembri
Si quereris:rasam tu mihi mitte togam.

Ad Classicum.

Quod nec carmine glorior supino:
Nec retrolego sotadem cinædum.
Nusq̃ græcula quod recantat echo:
Nec dictat mihi luculentus athis:

labat colũ niuariũ.i.in quo depositis niuibus refrigerabat decocta. Quod nec:in Palæmonem scribit:q
ut lectores carminũ illecebris alliceret:uersus magno labore cõponebat:& affectabat i his nouitatẽ nume/
rorũ:nã mõ scribebat sotadicũ carmen mõ inserebat uerba græca:mõ colũbũ edebat:ait poeta insani esse
hois laborare in iocis:& q̃rere remotiores numeros:ut nouitatis Venere & lepore delectet : se negligere
hmõi laborẽ:neq; uelle q̃rere multitudinẽ lectorũ t. . is laboribus:& tã morosa cura Tam malus:pp̃terea
malus poeta:q nõ glorior. Carmine supino:id est molli & eneruato.Sotadẽ cinædũ:oratio cinædica ori
ginẽ habuit a Cleomacho pugile:q in cinædi cuiusdã & ancillæ:quæ a cinædo alebat amorem incidit:ci/
nædicolq; mores & orõnẽ est imitatus Sotades Primus elaborauit hoc scribẽdi genus:postea Alexander
ætholus:sed hi pura rãtũ orõne postea Lysias cantũ adhibuit.Ennius hoc gen9 carminis usurpauit cyprio
boui merendũ dictũ carmẽ a sotade autore:cinædũ ea de causa quã diximus de cleomacho supra:hoc car
minis genus cũ poeta damnet urbaniter iocatur se scilicet nõ legere retro carmẽ cinædicum:alludens qd
cum cinædicũ sit ante nõ debet legi. Cinædum sotadem.i.nõ utor eo carmine:quo sotades auctor oratio/
nis cinædicæ usus est. Echo græcula.i.uox græca inserta:nam inserebãt poetæ uerba græca carmini:ut
maior esset lepos:id tanq̃ nimiũ mole reprehendit in Lucilio.Pitholeus rhodius nõ probatur:q; sæpius
græculas uoces iseruit:hoc agit Martia.sed raro & apte. Echo græcula:idest reboatio & pnũciatio græcula
GEO. Nec retro lego sotadẽ cinædũ:Nusq̃ græcula q recãtet echo.Nec dictat mihi lu.at.Molem debi.
cho.Ebrii hominis uel in totũ desipientis uerba uident:uix enim intelligo ad quid pertineat Cleomachi
pugilis.Sotadis:& Alexãdri ætholi de Strabone reperi:a historia:nec itẽ quæ sit urbanitas:aut qd ioci acu
men.Si hoc pacto iocat poeta se nõ legere retro carmẽ cinædicũ:alludẽs qd cũ cinædicũ sit ante nõ debet
legi:nisi forte rẽ impudicissimã significare uult hic interpres id qd tantũ ab est a sensu poetæ:quantũ chal-
derinus ab obscœno sermone nunq̃ absuit.Quod sic esse iã docebo ex maximis & clarissimis iã græcis q̃
latinis scriptoribus.Quintilianus in nono oratoriarũ istitutionum(Pleriq; enim ex cõmissuris eorum uel
diuisione pedes fiunt quo fit ut iisdẽ uerbis alii atq; alii uersus fiãt)ait:Memini quẽdã non ignobilem poe
tam ita lusisse Astra tenet cælũ mare classes:area messes hic retrorsus fit sotadeus Dionysius Alicarnase9
de cõpositione scribẽs reciprocũ hũc uersum sotadicũ ait:& docet uersus quosdã Home.posse recurrere
nũc in se ipsos nũc in alios secũdum positionẽ pedum Diomedes grãmaticus de sotadicis i hũc modum
tradit.Trimeter heroicus est reciprocus uersus apud neoteros Talis Nolo liber tua prædicent acta:Acta p̃
dicentur tua liber nolo uersus sotadicus est ex utraq; sed durus ut posset ad recursum conuenire sotadi/
co reciprocus alter huiusmodi est:esse bon9 si uis cole diuos optime pansa.Pansa optime diuos cole si uis

bonus esse. Hic in procursu Exameter est in recessu sotadicus reciproci generis metrū inuenerunt otia curiosa: de quo uersu itē plura Seruius in cētimetris reciprocus heroicus in sotadicū est quotiēs in fine scāsionis sotadicū facit. Sotadicū ꝯstat trimetro a catalectico trochaico: ut ē ire cupis si rus mala uites sōnia q̄so q̄so somnia uites mala rus si cupis ire reciprocus iācicus in elegaicū ē quotiēs a fine scāsiōis elegiacū facit ut ē micāt nitore tecta sublimi aurea: Aurea sublimi tecta nitore micāt. Dicit ergo poeta se scribere nō sotadicos uersus: qui ꝓcurrētes unius gnis sint recurrētes uero aut retrouersi diuersū aut idē metrū cōficaut.

Mollem debilitate choliambon.
Non sum classice tam malus poeta:
Quid si per graciles uias petauri
Inuitum iubeas subire ladam?
Turpe est difficiles habere nugas.
Est stultus labor est ineptiarum:
Scribat carmina circulis palæmon
Me raris iuuat auribus placere.

In phœbum.

Dicis amore tui bellas ardere puellas.
Qui faciem sub aqua phœbe natantis habes.

In Mamercum.

Nil recitas & uis mamerce poetā uideri:
Quicquid uis: esto: dummodo nil recites.

In Gaurum.

Quod nimo gaudes noctē ꝓducere ulno.
Ignosco: uitium gaure catonis habes.
Carmina q̄ scribis musis & apolline nullo
Laudari debes: hoc ciceronis habes:
Quod uomis antoni: quod luxuriaris apici:
Quod fellas uitium dic mihi cuius habes?

Ad Quintilianum:

Quintiliane uagæ moderator summe iuuētę
Gloria romanæ quintiliane togæ.
Viuere quod propero paup nec inutile annis

DO. Choliābon: in carmine iābico magna est acerbitas: quali usus est Bibaculus infensus i primis Catoni grāmatico. Archilocus eodē genere usus est: postea fuit excogitatū a mollioribus poetis ut diffracto rigore iābico alterū genus istitueretur qđ iābicum erat: sed fractum: unde dictum est χωλίαμβος claudus iambicus.

GEO. Mollē debilitate: choliābō hic imploro doctos oēs tam græcos q̄ latinos ut illi suis uocibus: hi uero festiuo poetæ opē ferātu qñ non peruersa: sed imprudentissime falsa hic temerarius grammaticus in iacturam bonarum litterarum ꝓcipiat. Choliābus græce dicit non excogitatus a mollioribus Poetis iambicus uersus: sed ut ephestion autor est q̄ in ultimo pede hēat exitū claudū: nā cū rectus iābicus sup ultimā basim iambo aut pyrrichio terminet. & tria tpa hēat choliāb⁹ & hipponacteus dr̄ spōdeū sumit cuius tpib⁹ uideat supabūdātē basim hr̄e: sed hic attendite diligēter studiosi q̄ iā dicā: choliābō hac i pte minime legēdū ē: q & idē scazō dr̄ & mordax ē: ut apud Mar. legimus: sed galiābon: de cuius uersus gnē grāmatici ita diseruerūt. Diodo. galiābon metrū qđ apud Mœce. tale est: Ades inqt o cybelle: sifeē illi Vice ueris & fauoni. iferius cōma supiori simile esset: nisi amisisset ultimā syllabā: galiābon aliud ex hoc ipso factū ei simillimū esset i nisi q̄ ut eneruatius fieret & mollius secūda aut tertia ab ultima syllaba I duas breues geminata ē: & factū tale latus horreat flagello: comitū. chor⁹ ululet si esset sic comitū chorus ululet esset illi simile fera montiū dea, Ceteꝶ huic metro qđ eneruatū dicimus: simile est illud neotericū: qđ ē tale: Rutilos recide crines: habitum cape uiri hoc est simile illi de quo pauloante disputaui: qđ fuit tale latus Horreat flagello comitū q chorus ululet. Ser. de eodē. Galiābicon cōstat dimetro iambico a catalectico: & anapesto: uel spondeo cū duob⁹ iambis: ut est Tenera tecrispat aura tremulos sin⁹ freti ꝯtra sn̄iam suā Poeta diceret: si choliambō legerim⁹ qñ plurima epigrāmata claudio iābo ꝯficiat uideat q̄ rn̄dere petenti claudio cur cōmata sotadica aut galiambū molle & eneruatū nō conficiat. Cæcus nimiꝶ in hoc epigrāmate chalderinus fuit i aut magis isanissimus.

Choliā bus

Rectus Iābicus

Scazon

DO. Athis: ut alii sentiūt nomē ꝓpriū poetæ ē q̄ nusquā reppeti. sed ut puto Athis hic puer amat⁹ a Cibelle ponit p molli & eneruato poeta: nā & ipse mollissimus fuit sectus testib⁹: qđ alibi indicat Martia. cū ait: Et ꝯcubino mollior celeneo: de eodē carmine Persius Claudere sic uersū didicit berecinthi⁹ athis. Petauri: dicti agiles hoīes a πετάσσειν q̄ ē uolo hi p circulos se imittūt nascūturq̄ sub delphine: ut Marem⁹ scribit. Marcellus petauristas appellat & alios esse putat: sed mēni iterpretatio cū Martiale ꝯuenit. Lada: cursor fuit Alexādri uelocissim⁹. Sensus est poetæ: possū esse bon⁹ Poeta etiā si non sector numeros sotadicos: & coliambicos: quēadmodū Ladia cursor oino uelocissim⁹ erat etiā si nō imitteret sēp circulos: qđ poterāt agere petauri: de Lada scribit Solinus in colectāeis: & eiusdē meminit Cat. Dicis: deridet phœbum q dicebat puellas ardere sui amore: cū hēat os nantis sub aq̄ iocat cū ardore & aqua hic erat pallidus & turgidus. Nil: Mamercus male scribebat. Dūmodo nil recites: ideſt ne offendas nos tuis ineptiis.

Athis

Petauri

Lada

Quod: gaurus gaudet ebrietate. Cato uticensis: cuius uirtus: ut Horatius nōnunquam incaluit mero quāuis Plutar. id uelit uideri accidisse nō catonis ebrietate: sed magna negociorum: cura. Nullo apolline. i. nullius musis. i. sine gratia apollinis & musaꝶ. Hoc cice. quia male scribebat carmina. Antoni⁹ accusat a Cicero. q̄ uomuerit in senatu multis uicib⁹. Luxuriaris: nā apiti⁹ multa miriadas: ut græci scribūt lusu ꝯsūp sit. Quod fellas. q. d. i multis aliis uitiis habes autores in fellatiōe quē hēs: ita iocat in turpē hoiem.

Quintiliane

Quintiliane moderator: nã ut ipse scri. xxiii. annos erudiẽdis iuuenibus impẽdit. Docuit etiam nepotes Domitiani. Primus Romæ mercedem publicam e fisco accepit: ut scribit Eusebi. Vagæ iuuentutis. Romanæ togæ: nobilitatis & iuuentutis. Propero uiuere pauper: ꝙ spretis diuitiis indulgeo animo. Nec inutilis annis: inutiles annis dicunt: qui nullã partẽ annoꝝ in uera uita: id est animi relaxatione & quiete ponunt.

Nemo uiuere satis ꝑperat. i. adeo anni labuntur cito: ut nõ possimus uideri nimium properare ad uerã uitam. i. quietẽ. q. d. nemo põt rephendi ꝙ nimium tpis uelit date quieti. Imagines: maiorũ qui aliqd præclari gesserant: collocabantur in atrio: ut apud Silium exposuimus. Rudis herba. i. herba sine ullo cõdimento: uel impexatus hortus. i. Verna seruus. i. habeã tantũmodo unde possim alere seruum. Cõiunx nõ doctissima: & Iuue. doctam cõiugem scribit molestam quæ uoluit Palæmonis artẽ. Ita descripta est Epicuri uita: quam Poeta maxime probat. Rerum: petit a Domitiano ius trium natorum quod qui habebant: cum aliquid populo uiritim diuidebatur: his dabatur portio pro tribus liberis alendis: in lege agraria testatur hoc Appia. Hoc ius institutũ est in monumentũ & laudem auctore Dionysio: triũ oratiorũ qui tergemini pugnauerunt aduersus Curatios albanos pro ipetio romano. Claudius etiã dedit mulieribus ius quatuor natorũ. Quo sospi. i. sano & saluo. Fortuna uetat: quia nõ hẽbat tres filios. Credar: quia non erat: & Pli. scri. se a cõpetitore supatum: ꝙ ille ius triũ natorũ haberet ꝑter alia ornamẽta: nam qui id ius habebant: anteponebatur carentibus liberis. Natorum: o uxor iam ualebis idest discedes. Munus domini: nõ debet perire: quia debeo esse contentus munere cæsaris: & nõ debeo quærere amplius liberos. Plus pudoris: idest si in medium non uenit.

Liber tertius ad lectorem.

Hoc tibi quicquid idest longo tedio urbis discesserat Martialis in Galliam cisalpinam: unde hunc librum mittit: nã quod ait secundo uersu: Gallia romanæ nomine dicta togæ: ego de Gallia cisalpina intelligo ob tertium epigrãma: ex quo satis discitur inde mitti librum. Primum lectorem alloquitur: & indicat ubi liber sit compositus: neq; se mirari ait si fortasse plus placeat superior qui cõpositus fuerat in urbe: quoniam quæ domi nascuntur gratiora sunt externis. Romanæ togæ: alludit ad Galliam togatam: quæ ab Ancona incipit: cum ut puta uelit indicare Galliam cisalpinam. Romanæ. Tu legis hunc: nam hunc mittebat librum in urbem. Liber uerna. idest natus domi in urbe. Vincere gallum: idest qui mittitur ex Gallia. Vincere: gratia superate. Cuius alloquitur librum: & hortatur eum ut sibi paret patronum aduersus obtrectatores & laudat Faustinum. Cuius uis fieri mu. idest cui uis mitti. Imitatio Catulli. Cui dono Lepidũ nouum libellum.

Da ueniam: properat uiuere nemo satis:
Differat hoc patrios optat q uincere census:
Atriaq; immodicis arctat imaginibus.
Me focus & nigros non indignantia fumos
Tecta iuuãt: & fons uiuus: & herba rudis:
Sit mihi uerna satur: sit nõ doctissima cõiũx
Sit nox cum somno: sit sine lite dies.

Ad Cæsarem Do.

Rerum certa salus terrarum gloria cæsar:
Sospite quo magnos credimus esse deos:
Si festinatis totiens tibi lecta libellis
De tinuere oculos carmina nostra tuos.
Quod fortuna uetat fieri permitte uideri
Natorum genitor credar ut esse trium.
Hæc si displicui fuerint solatia nobis.
Hæc fuerint nobis præmia: si placui.

Ad Vxorem.

Natorum mihi ius trium roganti
Musarum pretium dedit mearum:
Solus qui poterat: ualebis uxor.
Non debet domini perire munus.

Ad Regulum.

primus ubi est inquis: cũ sit liber iste secũdus
Quid faciam si plus ille pudoris habet?
Tu tamen hunc fieri si mauis regule primũ
Vnum de titulo tollere iota potes.

¶ M. Valerii Martialis. Liber Tertius.
Ad lectorem de Libro Gallicano.



Hoc tibi quicquid id est lõginquis mittit ab oris
Gallia Romanæ nomine dicta togæ.
Hunc legis: & laudas librum fortasse priorem
Illa uel hæc mea sunt: quæ meliora putas.
plus sane placeat: domina q natus in urbe ẽ:
Debet enim gallum uincere uerna liber.

Ad Librum suum.

Cuius uis fieri libelle munus?
Festina tibi uindicem parare:
Ne nigram cito raptus in culinam

Vindecim parare:ideſt defenſorem. Tegas cordillas:hi uerſus ſũt apud Perſium aliis numeris: Scõbros metuentia carmina nec thus. Cordillæ:udem piſces ſunt qui thimni: nam thimni ſimul ac nati ſũt mattem ſequuntur atumno redeuntes ex ponto in magnum mare: cordille dicuntur cũ ſe immerſerint cœno pelamides πηλοσ enim latine cenum poſt annũ appellantur thinni. Cordillas:piſciculos. Papyro madida:nam neglectæ papyri in hunc uſum adhibebantur:ſiuæ ſcriptæ eſſent damnatis carminibus: ſiuæ non ſcriptæ:ſed tunc erat illud genus papyri:quod emporeticum dicitur deprauata dictiõe apud Plinium phoreticum. Cucullus:tegmen thuris & piperis uẽditi. Fauſtini:alibi meminit.

Cordillæ
Pelamides
Thinni

Cordillas madida tegas papyro
Vel thuris piperiſq; ſis cucullus:
Fauſtini fugis in ſinum:ſapiſti.
Cedro nunc licet ambules perunctus
Et frontes gemino decens honore:
pictus luxurieris umbilicis.
Et te purpura delicata uelet.
Et cocco rubeat ſuperbus index.
Illo uindice nec probum timeto.

Ad Librum ſuum.

Romam uade liber:ſi ueneris unde requiret:
Amiliæ dices de regione uiæ.
Si quibus in terris:qua ſimus i urbe rogabit:
Corneli referas me licet eſſe foro.
Cur abſim quæret breuiter tu multa fatere:
Non poterat uanæ tædia ferre togæ.
Quando uenit decet:tu reſpondeto: poeta
Exierat:ueniet cum cytharœdus erit.

Ad Eundem.

Vis commendari ſine me curſurus in urbem
parue liber multis:an ſatis unus erit?
Vnus erit mihi:crede ſatis:cui nõ eris hoſpes
Iulius:aſſiduum nõmen in ore meo.
protinus hunc adeas primiq; in limine tecti:
Quos tenuit daphnis:nũc tenet ille lares
Eſt illi coniunx:quæ te manibuſq; ſinuq;
Excipiet:uel ſi puluerulentus eas.
Hos tu:ſeu pariter:ſiue hanc illũ ue priorem
Videris:hoc dices:marcus auere iubet.
Hoc ſatis eſt:alios cõmendet epiſtola:peccat
Qui cõmmendandum ſe putat eſſe ſuis.

Ad Mulierem Deformem

Formoſam faciem nigro medicamine uelas:
Sed non formoſo corpore lædis aquas
Ipſam crede deam uerbis tibi dicere noſtris:
Aut aperi faciem:aut tunicata laua.

Ad Marcellinum

Sapiſti:optimũ cœpiſti conſilium. Cedro: oleo cedrino:quod ſeruabat chartas. Luxurieris:ideſt luxurioſe orneris umblicis pictis. Index tirulus:coccum mittebat Gallia præcipuum: licet Piſidia & aliæ prouinciæ mitterent: unde ueſtes coccinæ fiebant præcipuo colore igenti pretio. Illo uindice:patrono Fauſtino. Probum: Probum poſuit pro ſeueriſſimo caſtigatore:nam M.V.Probus emendandis libris ſoli:nec ulli alii grãmatices parti deditus:reliquit non mediocrẽ ſiluam obſeruationum ſermonis antiqui.

Val.
Probus

Romam:alloquitur librum:duæ erãt uiæ æmiliæ:altera quæ flaminiam excipiebat: de qua hic loquitur. Altera quam ſtrauit Scaurus Per piſas & Lunam in ſabatios uſq;. Forum cornelii: mutato nomine nunc imola dicitur. Fatere multa.i.nimis multa paucis uerbis. Vanæ togæ:uel uanæ:quia ut ſcribit inter togatos ambulabat.i. inter ambulones ex quo nihil accipiebat: quod eſſet libero homine dignum & propterea togam uagam uanam dixit:uel uanæ togæ Romanorũ togatorum:quia uani & nullius emolumẽti erãt in clientes:placet prior ſententia. Exierat poeta:ideſt quoniam erat poeta exiuit. Cũ cytharœdus erit redibit:quia cytharœdi in pretio ſunt Romæ non poetæ. Ita figurate tempora ſua notat. Vis cõmendari:ad librum itẽ. An unus multis ſatis eris:hoſpites dicuntur amici externi ꝓpterea ait:Tu non eris iulio amicus externꝰ ſed popularis & ex ipſa urbe. Nomen in meo ore: quia eum ſæpe celebro carminibus meis. Primi in limine tecti:domus noſtræ:quia uicinꝰ erat Iulius Mar. Daphnis græcæ latine laurus:Mar. Lauros habuit uicinas ad porticum uipſanã: qđ dixit. At mea uipſanas ſpectant cœnacula lauros: Propterea uicinum hominẽ.qui domui ſuæ laurentum illic olim habebat ficto nomine appellat daphnidem:daphnis præterea olim fuit Mercurii & Nymphæ filius: qui & ipſe ita eſt appellatus quoniam in ſilua laurorum in ſicilia eſſet natus: Is amiſit oculos cum ebrius immemor minarum Nymphæ:ſi cum aliqua alia rem haberet: regis filiam ſtupraſſet. Hos pariter:Iulium & uxorem.

Forum
cornelii
Daphnis

Formoſam:in mulierem:quæ medicaminibus celabat uultus:corpus deforme lauabat: faciebat hoc ut formoſa uideretur cum tamen ipſum corpus proderet faciem eẽ deformẽ. Lædis:aquas lauando. Deam aquarum. Aperi:detege faciem nigro medicamine:ut uideamus an ſis formoſa. Aut tunicata laua:ne corpus quod cernimus non formoſum: doceat faciẽ eſſe deformẽ.

Lux tibi:Marcellinus die natali patris deposuit primam barbam:ait Martia. duplicem esse cau/sam celebrandi dieisquod eo & pater natus sit:& filius deposuerit primam barbam lanuginem:nã lanugo hæc deponebat magna celebritate conui/uiorum & ludorũ & iudicium erat uitæ initæ uiri lis ætatis. Hæc prima:hoc die natus est pr tuus.
Libat:idest decidit quia deposuisti primam bar bam. Illa dies:licet dederit iocundam uitam pa/tri:quia eo natus est nunq̃ pstitit amplius q̃ quod reddidit te uirum. Vel patri:accipe absolure ut di cat:nullus pater plus accipit ab eodẽ die:ut & na/talem suum celebret & depositam filii lanuginẽ.
Centum:Domitianus sportulas substulit:dabã/tur autem centum quadrantes pro sportula his q̃ una lauabantur:quod supra indicauit: Dat baia/na mihi lætus Martia.& insultans diuitibus.q exi gua sportula interdum cibo: comites cõducebãt ait eos nõ debere amplius sperare comites exiguo cibo:sed esse recto & legitimo salario. Elixus:de coctus aquis balneorum. O fames amicorum:idest o diuites qui cogebatis amicos esurie tenui spor/sula.Quid cogitatis regis superbi:idest diuitis:ut supra.Tumidoq; anteambulo regi. Stropharũ potes legere idest alimentorum: quasi dicat am/plius non datur cibi in sportulam quod non pla/cet lege stropharum:nam Strophæ pstigiæ & oc/cultæ fraudes sunt:ut appellet sportellã strophas: quasi rem fallacem:& cuius dulcedine multi de/cepti tempus frustra terebant Pli.in epistolis hoc uerbo utitur:Hic iquit dixi distrophas facis: & ali bi Marti.Iam stropha talis abit. Thaida:cum lu
stropha scam & deformem possit amare. Ipse:non habet duos oculos:nam cæcus est. Cõstituit:Philomu sus prodigus erat:& a patre accipiebat duo milia singulis mensibus ne cõsumeret hæreditatẽ una prodigalitate:postea pater moriens constitit hæ/redem:& non reliquit duo milia in toto asse: er/go pater exhæredauit:quia non dabit ampli⁹ sin gulis mẽsibus duo milia per omnes dies: quoad uixit:uel exhæredauit:quia tãtum dedit: ut nihil moriens relinquere potuerit:quod placet. Ege stas crastina:idest cum uno die tantum consume res ut in sequenti nihil superesset. Ex asse: tota heredirate in qua non erant duo milia. Pater ex hæredauit:quia non dabit amplius duo milia sin gulis mensibus:ut dabat:sed quum uiuus illa da/ret:tunc se exhæredabat:quia nihil inde superfu/it. Vnguentum:corpus mortuorum lauabatur. Ennius Tarquini corpus bona fœmia lauit & un xit.& Virg.Corpusq; lauant frigentes & ungũt tũ fabullus acceperat conuiuas: ut ungerent & mo/ris erat.Sed nihil scidisti.ad coeundum. Salsa:p faceta est. Mortuus:quia mortui unguntur & nõ comedunt. Dum:crudus significat cibum nõ co ctum:Crudus item significat hominem:qui bene non concoxit.In hoc iocatur Martialis accusat aua/ritiam Neuiæ. Parcis:abstines ab apro. Rum pis:laceras. Hoc pacto:non apponendo aliqd.

Lux tibi post idus numeratur tertia maias:
Marcelline tuis bis celebranda sacris:
Imputat æthereos ortus hæc prima parenti.
Libat florentes hæc tibi prima genas.
Magna licet dederit iocundæ munera uitæ:
plus nunquam patri præstitit illa dies.

De Sportula.

Centum miselli iam ualente quadrantes:
Ante ambulonis congiarium lassi
Quos diuidebat balneator elixus:
Quid cogitatis o fames amicorum?
Regis superbi sportulæ recesserunt.
Nihil stropharũ est:iã salarium dandũ est.

In Quintum.

Thaida quint⁹ amat:quã thaida?thaida luscã.
Vnũ oculum thais:non habet ille duos.

In Cinnam.

Versiculos in me narratur scribere cinna.
Non scribit:cuius carmina nemo legit.

In philomusum.

Constituit philomuse pater tibi milia bina.
Menstrua:perq; omnes præstitit illa dies:
Luxuriam premeret cũ crastina semp egestas:
Et uitiis essent danda diurna tuis.
Idem te moriens hæredem ex asse reliquit:
Exhæredauit te philomuse pater.

Ad Quintum.

Si tua nec thais nec lusca est quinte puella.
Cur in te factum distichon esse putas?
Sed simile est aliquid:pro laide thaida dixit:
Dic mihi quid simile est thais & hermioẽ?
Tu tamẽ es quintus mutemus nomẽ amãtis
Sed non uult quintus thaida:sext⁹ amet.

In Fabullum.

Vnguentum fateor bonum dedisti.
Conuiuis here:sed nihil scidisti.
Res salsa est bene olere:& esurire:
Qui non cœnat:& ungitur fabulle
Hic uere mihi mortuus uidetur.

In Næuiam.

Dum nõ uis leporẽ dũ nõ uis carpere mulũ:
Et plusquã patri næuia parcis apro.
Accusas rũpisq; coquum:tanq̃ omnia cruda

Nunq̃ ero sic crudus.i.nunq̃ accidet ut bene nõ concoxerim nihil edendo.locat in hoc uerbo crudus. crudus
Plus credit:Credere est mutuo dare pecuniam:Cicero:Per amicos tuos qui ei credidissent. Credere credere
itẽ est habere fidẽ.locat in hoc Martialis. Credit:mutuo dat:fallit lectorẽ ambiguitate uerbi:lector acce/perat credere p dare pecunias mutuo:Martia.acceperat credere p adhibere fidẽ:nã cæcus q amat i multũ credit.Cũ sit tã pauper quõ?interrogatio est quõ mutet:r̃ndet Cæcus amat:iccirco multum aliis credit.
Das:prouerbiũ erat apud antiquos in eũ qui rem tentaret supra uires:teneto te intra pelliculã:hoc usurpat Hora.in sermonibus:& nũc dicitur a Marti.in cerdonem aptissime:nã cerdo ad tantas peruene/rat opes ut gladiatorũ munus ederet i theatro:de quo alibi:Frange miser calamos & rumpe thalia libellos:Si dare sutori calceus ista põt. Cerdo/nes a lucro dicti nam κέρδος apud græcos lu/crum apud nos significat. Cerdo Regule:princes suto/rum. Sicca:idest gladiatorũ. Corio tuo:id ẽ pelle tua. Ludere:dare gladiatores. In tua pellicula:idest intra tuam artem.Iuue.Quondam hi cornicenes & municipalis harenæ Perpetui comites notæq; per oppida buccæ:Munera nunc edunt & cætera. Circũlata:Dictio hæc deprauata ẽ nouis codicibus omni ex parte:in uetustissimis non omnino:nam uetusti codices sic habent scribit ita:qđ ita emendãdum censeo scriblita:nam scriblita auctore Varrone in menipea:ẽ genus cibi liquidio/ris.Varro:Impone in scrupea scriblitam:hoc ma/gis placet q̃ aut intrita aut sportita:quoniã ut mi/hi uidetur uoces sunt altera inusitata:altera non conueniens:neq; sequimur elementa uetustiorũ codicum in hoc uerbo apte coagumentari pos/sunt:tamen si placet:sortita est poculum sorbile & cibus sorbilis.In sabidium scribitur fellatorem: & male olentem:cuius flatu scriblita allata mensis malum cœpit odorem:a scriblita fit scriblitare: quod est infirmis & nutantibus gressibus insiste/re. Secundis mensis:idest inter bellaria.Circun/lata diu:quia calebat. Vrebat manus conuiua/rum:ita ut non posset angi. Merda fuit:propter anhelitum sabidii fellatoris male oluit ut merda. Antiquus codex:ut dixi ita habet Circunlata diu mensis scriblita secundis.Sed qui male emendarunt inuerterunt pro scriblita uel sorpita uel itrita scribentes.His cõmentatiis aliorũ ineptias dissimulaui:quod licuit ubiq;.Nam neq; tam damno libenter aliena quam mea omnibus probare stu/deo:cuius consilii adhuc me nõ pœnituit:quãuis lacessitum scriblita legendũ existimo.Nam scriblita:qđ ex antiquis codicibus facile apparet est pla/cente genus:qđ docet Cato his uerbis in re rusti/ca:Scriblitã sic facito in balteo tractes caseum.Ad eundem modũ facito uti placentã sine melle:co/gtoq;:Ita leges:Circũlata diu mẽsis scriblita scđis.

Scriblita

Scriblito

Attulerit:nunq̃ sic ego crudus ero.

De Tutio.

Romam petebat esuritor tutius
profectus ex hispania.
Occurrit illi sportularum fabulla:
A ponte rediit miluio.

De Codro.

plus credit nemo q̃ tota codrus in urbe:
Cum sit tam paup quomodo?cæcus amat

In Cerdonem.

Das gladiatores sutorum regule cerdo:
Quodq; tibi tribuit subula:sicca rapit:
Ebrius es:nec enim feceris id sobrius unquã.
Et uelles corio ludere certo tuo.
Lusisti:satis est sed te(mihi crede)memento
Nunc in pellicula cerdo tenere tua.

In Sabidium.

Circunlata diu mensis scriblida secundis:
Vrebat nimio sæua calore manus.
Sed magis ardebat sabidi gula:ptinus ergo
Sufflauit buccis terq; quaterq; suis.
Illa quidem tepuit:digitosq; admittere uisa ẽ.
Sed nemo potuit tangere merda fuit.

In maximum.

perfrixisse tuas questa est præfatio fauces:
Cum te excusaris maxime:quid recitas?

De uipera in ore ursæ.

proxima centenis ostenditur ursa columnis

GEO. Circunlata diu mensis intrita secundis:quis te hoc docuit bone uir hoc a nobis profecto impudens plagiarie surripuisti:Nam in præfatione plautinæ correctionis in eos inuecti fuimus:q tibi scriblitæ legebatur:sublite fecerunt:sed cum iam manifesto tenearis:sententiam meam proferam:hoc ẽ nõ minus uere & cõmode interitam hic legi posse q̃ scriblitam:quando apud Collumellam:& Donatum intrita legat:ad interendo deductum nomen:unde Teren.Tute tibi hoc intriuisti:totum exedendum est.
DO. Perfrixisse:Idem sensus est uerborum.Catonis in albinum scribẽtem historiam:nam albinus se ex/cusauit:quod græcus homo scriberet latinam historiam:maluisti inquit deprecari culpam q̃ ea carere. Intrita perfrixisse:nimio frigore factas raucas.Iuue.Et si perfrixit bene cãtat hic malus erat recitator. Proxima:Platanon locus erat platanis consitus:ut daphnon lauris:hic erat iuxta porticum uipsanã habebat feras marmoreas miro sculptas artificio:cum puer nuper manum imisisset in os ursæ marmoreæ:illic delitescentis uiperæ morsu periit. Columnis centenis porticus uispanæ.

platanõ

Daphnon

Fictæ:feræ marmoreæ. Tentat palpando experitur. Mersit:misit. In cæco ore.i.intra os latebat. Viuebat:ducebat spiritū. Anima deteriore..flatu & spiritu uenenato. O facinus:simul deplorat necem pueri & uitā feræ marmoreæ admirat. Falsa:quia non erat marmorea:ut uidebat:falsa res ēiqd uidet:quasi dicat erat uipera cū uideret ursa. Dic musa:De canio:& in eū iocat q nulla alia re magis oc cupatus erat q̄ risu de quo supra:Cepit maxime pana q solebat. Chartis uicturis.i.imortalitati. Acta Tēpo℞ claudiano℞.i.Claudii & eius maio℞.Hanc istoriā scripsit Pli.sed nō extat. Falsus scriptor:an lau dat ea quæ nōnulli scriptores adulantes Neroni laudarint:hæc duo interrogauit:qm̄ & Nerōis &

phædr⁹ Claudii memoria inuisa erat Domitiano. Emu latur:imitando in numeros ducit. Phædrus exi mia formæ a Platone introducit in eo dialogo q ita inscribit:ubi lōga orone & phedri uerbis de amoribus disputat. Lasciuus elegis .i. lasciuiens in elegis. An seuerus:scribit in heroico carmie.

An uersat horridus in cothurnis sophocleis.i. tragico carmine. Schola poetarū locus ubi Poe tæ recitabāt. Lepore attico .i. attica puritate & elegantia. Hinc:a schola poeta℞. Terit porticū: deambulat in porticu. An carpit spatia.i. an deā bulat in porticu argonautarū in cāpo martio. An rursus:quia illuc sæpe accedebat. Tepentes bu xos.i.inter buxetū.i.deābulat ne in porticu Euro pæ. Titi therminis:nā Titus thermas construxe

Tigilli/nus rat. An lauat in thermis Agripæ. Tigillini:ipu dicinā per ipudicitiā Tigillinus multa a Nerone est cōsecutus quē ad oē corruperat. Ipse obscuris parentibus fœda pueritia turpi senecta apud aq̄s sinuessanas periit iussu Othonis muliebriter: nā secuit fauces nouacula. Tulli & lucani:duo℞ fra trū:de qbus supra.Si lucane tibi uel tibi tulle da rent. Pollionis quartū. Quartū nomen propriū loci amœni est ad quartū lapidē. Iā æstiuo tpe.

Nauicu/lor Nauiculatur.i.nauigat:nā nauiculari est ociosa cimba uehi. Ridet:·ta ante notat: Cepit maxie pana q solebat.Ita suspensum hactenus lectorem in risum prouocat. Proscriptū:Antiū Restiōem proscriptum. Famulus:quē ipse in compedibus & fronte notatū hēbat secutus est fugientem:aliis seruis diripientibus bona domini.Is collocatum dn̄m in loco abdito aluit.Senem in quē iciderat; interemit:cōiecitq; in rogū ardentē: ostendit his qui uenerant ad Restionem capiendum illic ar dere.Proscriptum:Restionē. Inuidia.i.infamia domini:quod fuerit seruatus ab eo seruo:quē ip

apitius se habebat in cōpedibus quem frōte signauerat. Historia est apud Macrobium. Dederas: Apiti⁹ habebat septem milia:sex consumpserat luxu:& cū adhuc centū superessent ueritus ne posset ex plere gulā ea pecunia:uenenū bibit:qd fortasse a multis poterat laudari tāquā fortiter fecisset: ad qd Martia.ait nihil potuisse fieri gulosi⁹ nā cū cæ teri uncta sectent pp gulā ipe qd plus est bibit ue nenū gulæ cā. Tu grauatus:qd solū.s.centū sup essent:V1 tanquā. Ferres famē & sitim:id est tā quam laborares famæ & siti bibisti uenenum.

GEO. Dederas apici bis tricē.uentris Seneca nē & Diō græc⁹historic⁹adeūdi erāt ab hoie utriusq; linguæ:ut de se ipse iactat eruditō:ut luxuriosum hoc fctū Apitii certi⁹& copiosi⁹explanaret:Sene ca ad Elbiā matrē b ait Apiti⁹ nr̄a mēoria uixit q i ea urbe aliqñ:ex q̄ pbi uelut corruptores iuuētu

Exornant fictæ qua platanona feræ.
Huius dum patulos alludens tentat hiatus:
pulcher hylas:tenerā mersit in ora manū.
Vipera sed cæco scelerata latebat in ore
Viuebatq; anima deteriore fera.
Non sensit puer eē dolos:nisi dente recepto
Dum perit:o facinus falsa quod ursa fuit.

De Canio.

Dic musa quid agat canius meus ruffus
Vtrum ne chartis tradit ille uicturis
Legenda temporum acta claudianorum:
An quæ neroni falsus astruit scriptor:
An æmulatur improbi iocos phædri:
Lasciuus elegis.an seuerus herois:
An in cothurnis horridus sophocleis:
At ociosus in schola poetarum.
Lepore tinctos attico sales narrat:
Hinc si recessit:porticum terit templi:
An spatia carpit lentus argonautarum:
An delicatæ sole rursus europæ
Inter tepentes post meridem buxos
Sedet:ambulatue liber acribus curis:
Titi ne thermis an lauatur agripæ.
An impudici balneo tigillini:
An rure tulli fruitur atq; lucani:
An polionis dulce currit ad quartum:
An æstuantes iam profectus ad baias.
piger lucrino nauiculatur in stagno:
Vis scire quid agat canius tuus: ridet.

In Crudelem dominum.

proscriptū famulus seruauit fronte notatus:
Non fuit hæc domini uita:sed inuidia.

De Apitio.

Dederās apici bis tricenties uentri:
Sed adhuc superat centies tibi laxum.
Hoc tu grauatus ne famem & sitim ferres.

Summa uenenum potione duxisti.
Nil est apici tibi gulosius factum.

In Inuitatorem.

Omnia cum retro pueris obsonia tradas:
Cur non mensa tibi ponitur apedibus.



De Tusco haruspice.

Vite nocens rosa stabat moriturus ad aras
Hircus: bacche tuis uictima grata sacris.
Quem tuscus mactare deo cũ uellet haruspex
Dixerat agresti forti rudiq; uiro.
Vt cito testiculos & acuta falce secaret:
Teter ut immundæ carnis abiret odor.
Ipse super uirides aras luctantia pronus
Dum resecat cultro colla: premitq; manu:
Ingens iratis apparuit hernia sacris.
Occupat hanc ferro rusticus atq; secat.
Hoc ratus antiquos sacrorum poscere ritus:
Talibus & fibris numina prisca coli.
Sic modo q tuscus fueras: nũc gallus haruspex
Dum iugulas hircum: factus es ipse caper.

Ad Faustinum.

Si temperari balneum cupis feruens
Faustine: quod uix iulianus intraret.
Rogo lauet uti rhetorem sabineum:
Neronianas is refrigerat thermas.

In Candidum.

Prædia solus habes: & solus cãdide nũmos:
Aurea solus habes myrrina solus habes.
Massica solus habes & opimi cecuba solus.

tis abire iussi sunt. Insam popinæ professus sua di
sciplina seculũ infecit: cuius exitiũ nosse operæ
pciũ est cũ sestertiũ milies in culinã congessisset
cũ tot cõgiaria principiũ & ignes capitolii uecti
gal singularis cõessationes suasisset: ære alieno:
oppressus: rõnes suas tũc primũ coactus ispexit:
sup futuo supra sestertiũ centies cõputauit & ue
lut multa fame uicturus: si in sestertio centies ui
xisset ueneno uitã finiuit. Quãta luxuria erat cui
cẽties sestertiũ egestas fuit & qd' alii uoto petũt:
ueneno fugit. Dion fere eadẽ q̃ Sene. De morte
Apici tradit: nisi q ducẽtas & quinquaginta my
riadas superfuisse ei dicat subductis rationibus.
Ausimq; affirmare id esse centum sestertia q du
centas quinquaginta myriadas.

DO. Oia: In eum qui obsonia apposita conui/
uis retro porrigebat pueris. si inqt Mar. in aio ti
bi est retro porrigere obsonia: debes & mẽsam
parare pueris. nõ nobis. Apedib9: lecti ubi discũ
bũt pueri: Serui. n. ad pedes discũbebãt. Alibi: Re
troflexus ad pedũ turbã. i. ad seruos: & alibi: Ad
pedes implet lagœnã. i. ex mensa seruo. Vite
nocens: Erat haruspex q uolebat imolare caprũ
Baccho. sed qm̃ carnes hirci fetẽt nisi castret iussit
ut rustic9 resecaret testes capri: Apparuit hernia
haruspicis rusticus eã resecuit. Stabat: ut macta
ret & placebat deo. Rosa: corrosa uite. Aru
spex tuscus: q e tuscia uenerat: uã e tuscia uene
rat haruspicina. Teter odor. i. nocẽs odor hirco
rũ. Hernia: pellis testiculo. Iuue. Quibus incẽ
di frigidus æuo. Laomedõtiades & nestoris her
nia possit. Aras uirides: e cespite. Rustic9 secuit
herniã haruspicis putauit hunc esse ritũ sacro.
Si tẽperari: locat i Sabineũ rhetorẽ: q tm̃ uẽtũ
emittebat podice: ut posset refrigerare balnea
calidissima: Iuliãus amabat balnea tepida: Præ
dia: In cãdidũ q nihil dabat amicis: & nolebat oĩa
solus habere de quo supra est conquestus. Cãdi
de Kōīidqi λ con sed nõ habebat uxorẽ solus cui
insultat hoc epigrãmate. Solus habes. i. nihil ex
his das amicis: sed solus oĩbus tuis rebus uteris
pter uxorẽ Iuue. Gẽtis uitio nũq partit amicum. Myrria
Solus habes Myrrina: uasa mittebant ab oriẽ/
te: & a nõ nullis locis partho: sed pcipua ex car
mania: erant distincta maculis non nulli dixerunt
myrrinũ esse humorẽ cõcretum sub terra: unde
hæc uasa ducebant. Massica. i falernum. Cecu
ba opima. i. uina opimiana. Nunq̃: idem ferme
sensus est superioris epigrãmatis. Inuitas nullũ
nisi cum quo cotta lauaris. Reuocas: ad cœnã.
Inuitas alios. i. draucos. Mihi non est cor dece
pit lectorẽ nam uĩ dicere mihi non est cor hoc ẽ
prudentia quia te inuito: cum intelligat non est
animus ad te pædicandum. Nec tibi pudor: fal
lit itẽ lectorẽ: uĩ. n. dicere qa me nõ iuitas at Itel
ligit qa uis pædicari. Auriculã: In Nestorẽ sella
torẽ: qui cũ garriget in auriculã Marũ male ole
bat auricula pp̃ter grauẽ odorem Nestoris. Alibi
eodẽ sensu de ampulla unguẽti I cũnilingũ q cũ
eã obfecisset: dixit Poeta factã eẽ ga. Has i zoi
lũ scri. q ex seruili cõditiõe puenerat ad equestrẽ

dignitatē. Saturne tibi: in Saturnalibus ut Appollodorus scri. Saturnus q toto anno fuerat ī cōpedibus soluebatᷣ. Papi. in saturnalibus uocat saturnū: Saturnus mihi cōpede lex soluta i cum Mar. uelit ōndere zoilum fuisse seruū: nūc in saturnalibus scri. distichon: quo ait zoilū dicare cōpedē saturno: Dedicat tibi has cathenas. Cūgemia cōpede: quas appellat annulos priores: sed nunc habet annulos equestres: nā zoilus ex seruo factus erat eques Ad cathenæ fuerāt ei fugitiuo priores annuli. Reoꝝ aūt uincula quū soluti eēnt & seruoꝝ dicabantᷣ. Saturno ea rōne qua supra dictū de cōpedibus Saturni. Sunt tibi in Ruffinū q obscœnis artibus & uili ministerio p uenerat ad ingentes diuitias: & q̄ſi suæ cōditionis oblitus amicos iā ceperat aspuari m̄det Mar. eū nō oportere efferri diuitiis cū ampliores Didimus spado & Philomelus cytharœdus sint cō secuti. q. d. & si diues sit nō tn̄ eius cōditionē mutari & aboleri potuisse. Multa iugera. i. habes multos cāpos. Vrbani. i. tuæ ædes occuparunt multa iugera soli amplitudine sua Cōtra Mar. de casa sua. Et casa iugeribus non onerosa suis.
Numerosus debitor. i. habes multos debitores obæratores. Aurea mēsa. i. honusta uasis aureis.
Didimus: spado fuit q suppositis aliis uxore ingētes diuitias ē adeptus. Alibi. Si spado didimꝰ

Didimꝰ

& correfus non esset. Philomelus: cytharœdus nā φιλοσ amicū significat. μελοσ cātū: alibi Is/

Philo
melus

tius meminit. Sportula: Ad Gargilianū. quē extrema inopia laborātē interrogat quō uiuat quā uis inq̄ dicas te uiuere sūma cū rōne: tn̄ adeo es īops: ut uiuēdi nullā rōnē hēas. Nulla sportula dat: q a sublata est a domiti. nā Domi. sportula ꝑ usum ad rectas cœnas redegit. Tu recūbis: cōuiua gratis. i. sine ulla alia mercede: nā q olī sportulā accipiebāt: nūc una cœnabāt cū diuitibꝰ: sed nulla alia mercede data. Vn̄de est togula. ha ꝑ usū ad rectas cœnas redegit. i. un̄ habes togulæ ꝓciū. Vn̄ uir es chiōes. i. un̄ habes ut soluas coitū meretricis. Iuue. Et dubitas alta chionen deducere sella. Licet dicas te uiuere: cū summa rōne. i. telligebat Gargiliāus. Quod uiuis: q a erat indignus uita in tāta inopia iocus est: nā rō moderationē significat ut Gargiliāus accipiebat & cām ut Mar. accipit. Nulls facis cū rōne. i. nullā habes uiuēdi cām in tanta iopia deberes potius mori. Nō possum: in Matriniā decrepita ætate. q̄ Mar. accusabat qd se uetulā nō posset subagitare. Possum: cōcūbere cum uetula. Tu mortua es. adeo extremæ ætatis es: ut mortua uidearis. Hecubā: si nondum erat canis. i. possum concūbere cū Hecuba antequā cōuersa foret in canem & itē cū Niobe: antequā in saxū. q d. tu nō anus es: sed aut canis: aut saxū deposita mulieris figura. Artis: Phidias sculptor atheniēsis claruit minoribus simulachris sculpēdis. Toreumata: dr̄ uasa sculpta laudantᷣ pisces hoc disticō ī uase sculpto. Adde aq̄: natabūt adeo bn̄ sūt sculpti & laudat ꝓstātiam sculpturæ. Quod: ad Fa/

Phidias

bianū amicū ueterē: quē & si iamdiu coluerat tn̄

Et cor solus habes: solus & ingenium.
Omnia solus habes: hoc me puto uelle negare:
Vxorem: sed habes cādide cūm populo.

In Gallum.

Nunq̄ me reuocas uenias cū sæpe uocatus:
Ignosco nullum si mō galle uocas.
Inuitas alios uitium ē utriusq̧ quod inquis:
Et mihi cor non est & tibi galle pudor.

In Nestorem.

Auriculam mario grauiter miraris olere?
Tu facis hoc: garris nestor in auriculam.

In Zoilum.

Has cum gemina compede dedicat cathenas:
Saturne tibi zoilus: annulos priores.

Ad Ruffinum.

Sunt tibi confiteor diffusi iugera campi:
Vrbaniq̧ tenent prædia multa lares.
Et seruit dominæ numerosus debitor arcæ.
Sustentatq̧ tuas aurea mensa dapes.
Fastidire tamen noli ruffine minores.
Plus habuit didimus: plus philomelus hēt.

Ad Gargilianum.

Sportula nulla datur gratis conuiua recumbis:
Dic mihi quid romæ gargiliane facis?
Vnde tibi togula est? & fuscæ pensio cellæ?
Vnde datur quadrās? unde uir es chiones?
Cum ratione licet dicas te uiuere summa:
Quod uiuis nulla cum ratione facis.

In Matriniam.

Nō possum uetulā quereris matrinia? possum.
Et uetulam: sed tu mortua: non uetula es.
Possum hecubā: possum niobē matrinia: sed ſi
Nondum erit illa canis: nōdū erit illa lapis.

De Piscibus sculptis.

Artis phidiacæ toreuma clarum.
Pisces: aspicis: adde aquam natabunt.

In Fabianum.

Quod nouus & nup factus tibi ꝓstat amicus:
Hoc præstare iubes me Fabianæ tibi:
Horridus ut primo semper te mane salutem:
Per mediumq̧ trahat me tua sella lutum.
Lassus & in thermas decima uel serius hora
Te sequar agrippæ cum lauer ipse titi.

Hoc per triginta merui fabiane decembres:
Vt sim tyro tuæ semper amicitiæ?
Hoc merui fabiane toga tritaq; meaq;:
Vt nondum credas me meruisse rudem?

In Irascentes amicos.

Irasci tantum felices nostis amici:
Non belle facitis: sed iuuat hoc facere.

Ad Sextum.

Quæ te causa trahit: uel quæ fiducia romã
Sexte? qd aut speras: aut petis inde? refer.
Causas inquis agam Cicerone disertius ipso:
Atq; erit in triplici par mihi nemo foro.
Egit atestinus causas & Cuius: utrunq;
Noras: sed neutri pensio tota fuit.
Si nihil hinc ueniet pangent carmina nobis
Audieris: dices esse maronis opus.
Insanis: omnes gelidis quicunq; lacernis
Sunt tibi: Nasones Virgiliosq; uides.
Atria magna colã: uix tres aut quattuor ista
Res aluit. pallet cætera turba fame.
Quid faciam? suade nã certũ est uiuere romæ
Si bonus es: casu uiuere Sexte potes.

De Lycori.

Iliaco similem puerum faustine ministro:
Lusca lycoris amat: q̃ bene lusca uidet.

In Thelesinum.

Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti
Ex opibus tãtis: quas grauis arca premit.
Esse tibi magnus Thelesine uideris amicus:
Tu magnus qd das: imo ego: qd recipis.

In Pollam.

Lomento rugas uteri quod cõdere tentas:
Polla tibi uentrem non mihi labra linis.
Simpliciter pateat uitiũ fortasse pusillum:
Quod tegitur maius creditur esse malum.

Qualem Puellam uelit.

Ingenuam malo: sed si tamen illa negetur.
Libertina mihi proxima conditio est.
Extremo est ancilla loco: sed uincet utranq;
Si facie nobis hæc erit ingenua.

Ad Chionen.

Digna tuo cur sis indignaq; nomine: dicam.
Frigida es: & nigra es: non es: & es chioe.

non habebat minorẽ. Præstare hoc tibi.i. officia q̃ exigis a nouo amico. Horridus: incultus: nã q̃ ꝑpetabãt ad salutãdũ: nõ poterãt se colere. Iu. Ligulã dimittere. Agrippæ. M. Agrippa habebat thermis: Titi Vespa. q̃s celeriter extruxit. Per. xxx. decẽbris.i. xxx. annos. Vt sp tyrio.i. nouus miles. Toga mea trita & cõsũpta & mea q̃ nũq̃ meruisti. Meruisse rudẽ: tractũ est a gladiatorib9: nã gladiatores ĩgrauescente ætate rude donabãt ut apd Horatiũ ĩ epistolis: & Iu. q̃ rude accepta nõ rogebant amplius pugnare: sed publica alebãt pecũia. Sẽsus ẽ putas me nõ demeruisse rudẽ: ut me alas sine officio.

Rudis

Irasci: Irato Fabião ex supiore epigrãmate ait Mar. amicos diuites uel sine cã solere irasci paupibus nõ q̃a id sit hõestũ sed q̃m utile ẽ: Nihil.n. postea dãt. Felices diuites. Nostis.i. tm̃ scitis irasci. Iuuat hoc facere. q̃a nihil postea datis amicis q̃bus estis irati. Quæ te cã: iterrogat sextũ q̃re ueniat in urbẽ: & oñdit bonũ uiꝝ nihil certi habere unde uiuat. Triplici foro: triplex.n. forũ erat ĩ urbe latinũ romanũ: & uetus nec põt alludere ad tria fora dicendi q̃bus oratores utunt: nã prior snĩa melior ẽ & plãe cõfirmata. Tota neutri: hoc ẽ neutri potuisset tuto credi pẽsio domus: uel tota.i. neuter tm̃ hũit: ut totã pensionẽ soluere posset. Hinc: ex causis. Pãgent carmina.i. cõponã carmina. Gelidis lacernis.i. tritis lacernis.

Forum triplex

Atria magna: magnoꝝ pricipũ. Ista res colere atria. Certũ ẽ uiuere Rõæ.i. decreui & cõstitui uiuere Rõæ. Casu fortũa: & nõ certo ĩstituto: nam bõi uiri officiũ ĩ ꝑtio nõ ẽ: nec certũ bono uiro ꝑmiũ ẽ: sed malis. Malt igit certo ꝑmio uiuũt bõi pẽdent ex casu: ut aliq̃t assequant nã bonaꝝ artium nullũ ẽ certũ ꝑmiũ. Mutua: Thelesinus magnus uolebat uideri cũ diues ter quinquagena mutua dedisset. Mar. ait eũ nõ esse magnũ uiꝝ q̃ det mutuo sed eẽ magnũ q̃ restituat. q.d. plus eẽ q̃ a paup ter q̃nquagena restituant: q̃ qd dent mutuo a diuite. Quod recipis q̃a restituo diuiti hic nrã snĩa cõfirmat: ut pusilli a Mar. dicant q̃ nihil dant amicis: Gaure pusillus hõ es: nã hic uolebat magnus uideri q̃a daret. Lomẽto. Lomẽtũ de farina fabæ hoc loco ĩtelligo. De cãdido ꝑterea medicãine qd ex argento fiebat lomẽtũ dicebat: auctore Pli. Polla: hoc medicamĩe linebat neutrẽ: ut puella uideret potes ĩq̃t expolit uẽtrẽ lomẽto uñ alii fortasse q̃ cũnilingi sunt allici põt ad cunnum tuũ lingendũ: ego ãt nõ uiscabo illic labra nõ.n. sũ cũnilingus: De lomẽto ĩ distichis. Propterea cõsulit Mar. ut lomẽtũ omittat: Alibi idẽ ẽ sensus. Nõ linis labra mihi: hoc ẽ nõ ꝑpea ego illic admouebo labra ubi linerent & uiscarẽt.

Lomẽtũ

Exciduntq; senem spondæ qui parte iacebat:
Nãq; puer pluteo uindice tutus erat.
Suppositã (fama est) quõdã ꝑ Virgine ceruã
At nunc pro puero mentula supposita est.

Ad Gallum.

Vt patiar mœchũ rogat uxor galle:sed unũ:
Huic ego:non oculos eruo Galle duos.

In Vetustinam.

Cum tibi trecenti consules uetustina:
Et tres capilli quatuorue sint dentes.
pectus cicadæ:crusculumq; formicæ:
Rugosiorem cum geras stola frontem:
Et aranearum cassibus pares mammas:
Cum comparata rictibus tuis ora.
Niliacus habeat crocodillus angusta.
Meliusq; ranæ garriant rauennates
Et adriaticus dulcius culex cantet:
Videasq; quantum noctua uidet mane:
Et illud oleas quod uiri capellarum:
Et anatis habeas urropygium macræ:
Senemq; cynicum uincat osseus cunnus.
Cum te lucerna balneator extincta
Admittat inter bustuarias mœchas:
Cum bruma mensem sit tibi per augustũ:
Regelare nec te pestilentia possit:
Gaudes ducentas nuptũ ire post mortes:

Virumq; demens cineribus tuis quæris
Prurie: quid si sarrire uelit saxum?
Quis coniugem? quis te uocabit uxorem?
Philomelus auiam quam uocauit nuper?
Quod si cadauer exigis tuum scalpi,
Sternatur acoride triclinio lectus
Thalassionem qui tuum dicet solus,
Vstorq; thædas præferat nouæ nuptæ,
Intrare in istum sola fax potest cunnum.

In Ruffum.

Esse negas coctum leporē: poscisq; flagella:
Mauis Ruffe coquū scindere q̄ leporem:

In Næuolum.

Nūquā dicis aue: sed reddis Næuole semper.
Quod prior & Curius dicere sæpe solet.
Cur hoc expectas a me: rogo Næuole dicas:
Nā puto nec melior Næuole: nec prior es.
Præmia laudato tribuit mihi Cæsar uterq;:
Natorumq; dedit iura paterna trium.
Ore legor multo: notumq; per oppida nomen
Non expectato dat mihi fama rogo.
Est & in hoc aliquid, uidit me Roma tribunū:
Et sedeo, qua te suscitat oceanus.
Quot mihi cæsareo facti sunt munere ciues:
Nec famulos totidem suspicor esse tibi.
Sed pædicaris: sed pulchre næuole ceues:
Iam iam tu prior es Næuole: uincis: aue.

In Gargilium.

Lingis: non futuis meam puellam:
Et garris quasi mœchus: & fututor.
Si te prendero Gargili tacebis.

Ad Ruffum.

Ne legat hūc Chione mādo tibi Ruffe libellū
Carmine læsa meo est: lædere & ipsa potest.

In Sabellum.

Sit culus tibi q̄ macer: requiris?
Pædicare potes Sabelle culo.

Ad Cerdonem.

Irasci nostro non debes Cerdo libello:
Ars tua non uita est carmine læsa meo:
Innocuos permitte sales: cur ludere nobis
Non liceat: licuit si iugulare tibi?

Ad Ruffum.

uel in cōtemptū quasi nō essent digne lucerna.

Balneator: custos & magister balneorū. Mœchas: q̄ olim mœchæ fuerātnā ex genere ad uilia senescentes munera deueniūt. Cum sit tibi brūa augusto mēse. i. cū frigeas augusto. Exhausti annis nō timent pestilentiā deficiente calore quo pestilentia incendit: Sensus est & si laborares pestilentia nō posses calere. nā regelare ē cōtracta gelu: dissoluere calore. ut apud Columellā Regelare hortos & agrū. Regelare Post ductas mortes maritorū. Prurite qd si sarrire uelit saxum: sarrire: idest aperire ut placet Varroni: eodē uerbo Catullus utif: Sensus est si forte uir aliquis Sarire ↗ cōstituerit aio sarrire, saxū. i. futuere ut saxeū: q̄s posset eū appellare maritū: aut te uxorē: cū philomelus: cui pauloante nupseras senex: appellauerit te auiā. Si sathire legis: dicaf a sathis: qd Sathire mentulā significat: Vnde sathiri dicti proni in libidinē: Mac. auctore. ut dicas quid si aliquis uelit sathire. i. arrigere ad saxum: sed placet prior. Sathis

Exigis: optas. Tū cadauer: te mortuā. Scalpi: non dixit futui cum non sit amplius mulier. Coris

Acoride triclinio lectus nuptiarum: Coris nomen sacerdotis est curantis funera ut Corinea apud Virgi. Vstores: ædificatores pyrarū dicebanf: Idem uerbum apud Catullum. Vstores Thedæ cum aqua præferebāt nouis nuptiis: unde thedæ pro nuptiis aliquādo. Fax. q. d. digna es rogo: non nuptiis. Nunquā in næuolum cinædū.

Curius grauissimus fuit detēratus. Vterq; cæsar. i. Ti. & Do. Rogo non expectato: cū alii tū habeāt famā & nomen post cineres. Sedeo: in xiiii. gradu. Oceanus erat prefectus sedētibus in theatro ut ordine sederēt. Te suscitat: iubet te discedere. Mihi: meis ꝑcibus. Sed pædicaris: ideo prior: nā ita in priore loco collocaris: ut podice excipias mentulam. iocaf uerbo: nā prior ad dignitatem toto epigrāmate dictum ē hactenus: nunc ioco refert ad locum eius qui pædicaf. qui prior loco stat. Ceues: moues nates. Priores: priorem locum obtines. Lingis: In Gargilium qui uolebat uideri mœchus cum adhuc esset puer mollis & cunnilingus perurbane minaf se eum irrumaturum si deprehenderit: Tacebis: alludit ad illud qd̄ dixerat garris & ad sellationem: nā qui irrumanf dicunf sellare: & loqui non potest ore mentula irrumatoris obstructo. Tacebis. i. irrumabo te: idem minatur priapus in obscœno carmine. Pædicaberis irrumaberisq;. Ne legat. Læsa. s. carmine superiore Chiōe. Potest nam dabat pecuniā ut subagitaref ut supra. Fac mihi quod Chiōe: hæc erat illa frigida es & nigra. Pedicare potes tuo culo: adeo tuus culus est macer & acutus tāquam mentula. Irasci: in Cerdonem de quo supra cōquestus ē quod dederat munus gladiatorium. Ars tua: nō uita est læsa a me. quia non dixi in uitam tuam: sed in artem. Licuit iugulare. i. potuisti exhibere gladiatores iugulandos in theatro. Iuue. Et uerso pollice uulgi. Quemlibet occidunt populariter.

Cursorem: Deprimit honorẽ carminum suoꝝ: & superioris libri quem ait se misisse p maxios imbres ad Ruffum amicũ qm̃ hi oẽs uersus eẽnt delendi: infra Cure sed instructus comitet pu/nica librũ. Spõgia muneribus ꝯuenit illa meis: nã carmina indocta solet dicere digna esse aqs aũ. Vis puto cum libro marce natare tuo.



Esaris alma dies & luce: Ad.yiii.kal. nouẽbris natus Domit. eum diẽ celebrat Martia. hoc epigrãmate: pcat q ut diutissime in terris sit imperator. Alma dies cæsaris: o dies natalis cæsaris. Ida: silua cretæ. Tulit pduxit in lucem. Iouem di/ctæum: quia in creta est educatus Iupiter. Du/plex ida: cretensis & phrygia. Numerosior py lio æuo. i. pfices plures annos ætate Nestoris. Nite hoc uultu. i. nite serenitate: Cultus ãno sus: & amplissimus in auro albano aurũ albanũ appellat aureã coronã Cæsaris: & appatũ quo utebat in sacris mineruæ istitutis ab ipso i albano quot annis ubi dabat ludos scænicos & Oratoꝝ & Poetaꝝ certamina: Tranquillus auctor. Tritonida: palladẽq erat numẽ familiare Domiti. ut ait Fabius. Plurima quercus: hoc dicit qm̃ singulis annis ẽt in quinquatriis Mineruæ corona querna donabat a Domit. & Mar. aperte ostendit ad Collinũ O cui tarpeias licuit cõtingere quercũs & de eadẽ re infra ẽ epigrãma. Plurima quer9. i. doner multas corõas qrnas.

Ida

Hic colat igẽti redeũtia sæcula: ludi sæculares centenis qbuscũq annis istaurabãt. Domit. eos celebrauit nõ supputata rõne tẽpoꝝ a Claudio q paucis ante annis eos celebrauerat: sed ab augusto. Hic colat sæcula. i. sæculares ludos redeũtes anno cẽtesimo. Lustrũ: est spaciũ qnq ãnorũ quo olympia solebãt istaurari: Cũ aũt centesimo anno redeãt sæculares appellat Poeta illi9 tpis igens lustrũ. Sacra terẽtus: sacra ad terẽtũ cãpi martii. xxx. quoq ãno inouabãt. alibi Mar. cũ sexagenariã diceret ait: Bis mea romão spe/ctata ẽ uita tarẽto. Tarẽtus romuleus. cãpi martii. Debita: qa hæc debent terris. Improba nimia. Pro tãto deo: Domit. nã deus & dñs uolu it appellari. Spectabat: Domit. edidit nauales pugnas quas spectauit iter maximos ĩbres. Candidis utebant uestibus i spectaculis. i. lacernis albis quæ in spectaculis sumebant. Solus Orati9 mimmus cũ lacernã albam nõ haberet alio habitus colore uenit in spectaculum: niue aũt cadẽte uestis facta ẽ alba, in quo Poeta & risum mouet: & Imperatori a assentat cuius mores ait oẽs oportere sequi. Spectabat: nauales pugnas. Plebs: ordo plebeius. Minor: equester. Maximus senatorius. Cum sancto duce: cum diuo cæsare. Candidus: idest candidis lacernis. Lacernæ cãdidæ in distichis: Amphiteatrales nos cõmendamur ad usus. Aspice: ab eadem tẽpestate sumit huius epigrãmatis argumentũ laudaturq Cæsar q tãtos imbres negligere potuerit: nam ut scribit Suetonius per maximos imbres spectauit pugnã naualem: & ne hoc uide/

Lustrũ

Cursorem sexta tibi Ruffe remisimus hora
Carmina quem madidũ nostra tulisse reor:
Imbribus imodicis cœlum nã forte ruebat:
Non aliter mitti debuit iste liber.



℄ M. Valerii Mar. epigrammaton Liber. IIII.

℄ De natali Domitiani.



Esaris alma dies; & luce sacratior illa
Conscia dictæũ qua tulit ida iouem;
Lõga precor: pylioq ueni nũerosior æuo:
Semper & hoc uultu uel meliore nite.
Hic colat albano tritonida cultus in auro
Perq manus tantas plurima quercus erat.
Hic colat ingenti redeuntia sæcula lustro.
Et quæ Romulæus sacra Tarentus habet.
Magna quidẽ Superi petimus: sed debita terris
Pro tanto quæ sunt improba uota Deo:

De Oratio.

Spectabat modo solus inter omnes
Nigris munus Oratius lacernis.
Cum plebs & minor ordo maximusq
Sancto cum duce candidus sederet.
Toto nix cecidit repente cœlo.
Albis spectat Oratius lacernis.

De niuibus.

Aspice q̃ densum tacitarum uellus aquarum:

tur factũ

tur factum loue iratoait poeta se suspicari filium Cæsaris quem infanté amisit his niuibus lasciuire cũ patre:
De nsum uellus aquarũ tacitarũ est niuiũ periphrasis. Tñ:quis cadat. Nix indulget Iouí: obsequit cælo &
nõ discedit. Aquas côcretas pigro frigore.i. niues. Sydus:hyperborei solitus lassare:cũ a pueritia didicerit
in expeditione pſertim aduersus batauos in germania. Lassare ferendo:fatigare.Sydus hyperborei bootæ.
Bootes idem dr̃ arctophylax filius fuit Calistus:ut alii sentiũt hic fuit Icarus q sumpta uua baccho repletos Bootes
utres imposuit in plaustrũ:& inde ut putauit Ignius dictus est bootes.i. ductor plaustri siue ille siue is fuerit

Defluat in uultus Cæsaris inq; sinus.
Indulget tamen ille ioui:nec uertice moto.
Concretas pigro frigore ridet aquas:
Sydus hyperborei solitus lassare Bootæ.
Et madidis Helicen dissimulare comis.
Quí siccis lasciuit aquis:& ab æthere ludit:
Suspicor has pueri Cæsaris esse niues.

In Bassam.

Quod siccæ redolet palus lacunæ:
Crudarum nebulæ quod albularum:
piscinæ uetus aura quod marinæ:
Quod pressa piger hircus in capella:
Lassi Bardiacos quod aduocati:
Quod bis murice uellus inquinatum:
Quod ieiunia sabbatariorum:
Mœstorum quod hanelitus reorum:
Quod spurcæ moriens lucerna ledæ:
Quod ceromata fece de sabina:
Quod uulp s fuga:uiperæ cubile:
Malles q̃ quod oles:olere Bassa:

Ad Fabianum.

Vir bonus & pauper:linguaq; & pectore uerus
Quid tibi uis:urbem qui Fabianæ petis:
Qui nec leno potes:nec cômessator haberi:
Nec pauidos tristi uoce citare reos.
Nec potes uxorem chari corrumpere amici:
Nec potes algentes arrigere ad uetulas.
Vendere nec uanos circa palatia fumos:
plaudere nec Cano plaudere nec Glaphyro:
Vnde miser uiues:homo fidus:certus amicus
Hoc nihil est:nunquam sic philomelus eris:

In Massilianum.

Credi uirgine castior pudica:
Et frontis teneræ cupis uideri:
Cum sis improbior Massiliane:
Quam qui compositos metro Tibulli
In Stellæ recitat domo libellos.

Ad Hilum.

uetustas tradidit relatũ fuisse in cœlũ:& esse iuxta Arcto
ursam:Hyperborei septẽtriõalis. Dissimulare:Dis phylax
simulãdo negligere.Helice:eadẽ dicta est cynosu Helice
ra:& ursa minor:ea fuit una ex nutricibus Iouis: Vrsa mi
quæ sua pietate meruit cœlũ:in septẽtrione ãtẽ i nor
mo:ut nonnulli sentiũt hæc & ursa maior dñr sep Cynosu
tẽtriones. Helicẽ.i.niues helices septẽtriões. Pue ra
ri Cæsaris.i.filii cæsaris mortui:quẽ ex Domitia
susceptũ adhuc infantẽ amisit:meminit hui⁹ Pa Septen
pinius:cũ prædicit deificationẽ Domitiano:ibi in triones
amplexus natus fraterq; paterq;. Quod siccæ:in
Bassam male olentẽ. Lacunæ siccæ:nã siccata la
cuna olet grauiter. Nebulæ: sulphurei uapores. Albule
Albulæ:albulæ erãt aquæ in agro tiburtino cru
dæ:ut meminit Strab.& Pli.odore sulphureo: su
pra.Hic ubi sulphureis albula fumat aqs. Vetus Euocati
aura piscinæ marinæ:ex aqs marinis. Bardiacus
euocati:Euocati erãt iuuenes ex eqstri ordine de
lecti q manente usu annulorũ cõstituti sunt ad cu Bardia
stodiã cubiculi imperatorii loco militũ:hi cũ excu cus
bias pstabãt bardiaco ueste utebant lanificio gros
siore pp̃e sili bardocuculo:hæ uestes male olebãt
qm̃ in his cubabãt:& inter sordida ministeria ute
bantur:nã qđ bardiacus puer sit:nec mihi uĩ côue
nire:nec unq̃ legi:bardiacus non puer est:ut ego
sentio:sed sagum ex uilis caprorũ textũ quo mili
tes ĩ castris utebant:Vir.Incanaq; mẽta Cyniphii
tõdent hirci setasq; comãtes. Vsum in castorũ ac
miseris uelamina nautis.Idem scribit Columella
de capro & Iuue.de milite Discit ab hirsuta iaculũ
torq̃re capella.i.ex saxo pilis caprorũ texto ut ĩ Iu
ue.cõmẽtariis quos cõposuimus a nobis scriptum
est.Quod bardiacus.i.sagum ex uillis caprorũ olet
nã hircinũ fœtorẽ redolet. Lassi euocati:militis
lassi & laboriosi:ex hoc lẽtulus lanista cognomẽ
accepit:nã dictus est lẽtulus bardiachus. Euoca
ti:excubãtis lassi excubiis.
GEO. Lassi bardiachus qđ euocati.Quãta licen
tia fiugendi est huic ĩprobissimo:uel potius uerã
lectionẽ inuertẽdi:nã in fidelioribus codicibus sic
legit.Lassi Bardiacos qđ aduocati:erat.n.Bardai
cus aduocatus q post diutius peroratas cãs & sen
su confectus os fetidũ habebat huius bardaicis:ut
existimo meminit Iuue.cũ ait bardaicus iudex da
tur hæc audire uolẽti.Nã ut apud Pli.legimus se
nũ alitus ĩficit nec nõ lasso stomacho lõgiore ieiu
nio uelut Corneli⁹ celsus quotiẽs uoce alta legi
DO. Inquinatũ bis murice.i.bis tincta. (mus
male olet. Sabbatariis:iudei dñr q sabbata colũt.
Persi.Recutitaq; sabbata palles:hoc alitus cũ fœ
teat semp.añ cibũ pſertim grauissimi est odoris.
Rei mœsti:curi agitati:hñt malũ anhelitũ & odo
rẽ:mala côcoctione. Moriẽs:exti incta. Ceroma
unguẽtũ erat ex luto & oleo Pli.auctor:Male ole
bat si oleũ sabinũ:qđ plurimũ hẽt amurcæ:adhibi

tum fuisset:erat aũt palæstritarũ. Vir bonus consulit Fabiano:ne ad urbẽ accedat:scũ sit bonus uir ut ẽt sexto cõsuluit. Nec l'o Iuue.me nemo ministro Fur erit. Commessator:parasyt⁹.Iuue.Si potes illa pati:quæ nec sarmentis iniquas.

Cõmessator Cõmessationes

GEO. Qui nec leno potes nec commessator haberis:O miserum grammaticum:qui dictionis huius originẽ nõ considerauit uerbũ est græcũ κωμάζω quod est cõpotationibus:& ebrietatibus operã dare.Vnde Theocritus κῶμάς λῶποτὶ τὸν ἀμαρυλλίδα hinc latini commessor cõmessatis formauerũt quo uerbo frequẽter utit Plaut⁹ commessatorẽ eũ existimo proprie dici q esui & potui pter statuta tpa indulgeat. Nã Suet.commessationes accipit quoties post cœnã aliqd cõedit.Sic.n.de Vitelli luxuria scribit:epulas trifariã semp interdũ quadrifariã dispartiebat:in ientacula & prãdia cœnas & cõmessatiões:nisi forte putauit a cõedo cõmessatorẽ fieri:sed illũ quãtitas syllabæ admõere potuit:&.n.primã pducũt commessor & cõmessator: q̃ in comedo corripitur.
DO. Tristi uoce afferente tristitiam.Præcones erant in pretio quod infra est:Si duri pueri erat ingenii uidetur preconem iubeas uel architectũ.
Corrumpere uxorem idest non potes esse mœchus. Vanos fumos:idest uanos titulos & assentatorias appellationes:unde Alexander auctore Spartiano fumo perire iussit q inani quadã ostentatione apud ipsum magna gratia uideri uolebat uulgato disticho.Fumo iã periit qui fumos uenditabat. Circa palatia:idest turbæ palatinæ. Canus:tubicen fuit:alibi Poeta choraulem appellauit.Canus choraules:hic temporibus Galbæ floruit donatus supra cœnam ab eo non parua pecunia cum placuisset autor est Tranquil.& copiosius Plu.in Galba. Glaphyrus:nomen cytharœdi & apud Iuue.Accipis uxorem: de qua Cytharœdus Echion:aut Glaphyrus fiat paternam cytharœdi tunc erant in pretio:q supra ait.Veniet cum cytharœdus erit. Vñ uiues.i.uñ acquires:& comparabis uictũ. Hoc nihil est:nihil pderit esse te fidũ.Sic:istis uirtutibus. Philomelus:diues ut philomelus:qui diues factus cythara:de quo supra.Plus hũit dedimus plus philomelus habet.
Credis:in Massilianum qui cum improbus esset uolebat uideri castus & pudicus. Teneræ frontis:idest modestæ.In domo stellæ:puto de Argino intelligi puero Stellæ formosissimo q amatoris dñi uersus canebat.nã qd' nonnulli opinantur dictum de Martiale nõ placet alibi Poeta de formosis.Stellæ:ministris scribit de Argino i primis
Prima:Rogat Euphemum structorem mensæ Domi.ut ex suis carminibus ea quæ sunt iocosa ostendat Imperatori tãtum cum cœnauerit quæ sunt seueriora ante cœnam.Prima & altera hora id est prima & secũda salutabant antiqui amicos potentes. Tertia hora:agitabantur lites. Varios labores idest:uaria opera exercet. Octaua & nona:exercebant palæstritæ. Frangere toros:extructos accũbere. Decima post mensas ut meos libellos ostendas.Imperatori. Dapes ambrosias

Cur here qd' dederas hodie puer Hile negasti:
Durus tam subito:qui modo mitis eras.
Sed iam causaris barbamq; annosq; pilosq;:
O nox q̃ longa es quæ facis una senem.
Quid nos derides here:qui puer Hile fuisti.
Dic nobis hodie qua ratione uir es:

Ad Euphemum.

prima salutantes atq; altera continet hora
Exercet raucos tertia causidicos.
In quintã uarios extendit Roma labores:
Sexta quies lassis septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæstris
Imperat extructos frãgere nona toros.
Hora libellorum decima est Eupheme meorum.
Temperat ambrosias cum tua cura dapes.
Et bonus æthereo laxatur nectare Cæsar:
Ingentiq; tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos:gressu metire licenti.
Ad matutinum nostra Thalia Iouem.

In Labullam.

Sotæ filia Clinici Labulla
Deserto sequeris clitum marito:
Et donas:& amas:ἔχεις ἀσώτως.

Ad Faustinum.

Dũ bonus ẽ nec adhuc rasa mihi frõte libellus:
pagina dum tangi non bene sicca timet:
I puer:& charo perfer leue munus Amico:
Qui meruit nugas primus habere meas:
Curre:sed instructus.comitetur punica librum:
Spongia muneribus cõuenit illa meis.
Non possunt nostros multæ Faustine lituræ
Emendare iocos:una litura potest.

In Antonium Saturninum.

Dum nimiũ uano tumefactus nomine gaudes:
Et Saturninum te miserẽ pudet:
Impia parthasia mouisti bella sub ursa:
Qualia qui phariæ coniugis arma tulit
Exciderat ne adeo fatum tibi nominis huius:
Obruit Actiaci qd' grauis ira freti.
At tibi promisit Rhenus:quod non dedit illi
Nilus:& arctois plus licuisset aquis:
Ille etiam nostri Antonius occidit armis.
Qui tibi collatus perfide Cæsar erat

idest diuinas. Laxatur:idest relaxat animũ:exhilaratur. Ingẽti manu: idest diuina. Iocos:idest meos li bellos ostẽde Dõi. Metire:idest caute.eas. Licẽti gressu.i.casto carmine & casto gressu. Ad Iouẽ.i.Do mitianũ. Matutinũ.i. ãte cœnam.q.d.ante cœnam o musa oportet sanctiore carmine acce das:post cœ nã iocus ẽ iocis lasciuioribus.[Sotæ:Sotes erat pater Labullæ eruditus clinicæ medicinæ:de quã supra ẽ dictũ. Labulla:tãquam altera Hippia secuta est Clitum relicto coniuge.Sotes significat parcum: Prodi gã mulierem hac illusiõe uerbi ridet Poeta a εχεῖσ ασῶτωσ:idest prodiga es:iiam ludit his dictio.nib9 sotæ filia & asota es.[Dum:puerum alloquit: ut ferat librũ ad faustinum amicum emendandum. Vade o puer. Pagina:characteres. Instructus affer quod est necessarium. Spongia pũica:quo niam ex aphrica præstantiores spongiæ mittebat tur uel punica idest leuitatis punicæ & officii. [Dum.L.Antonius presæs superioris germaniæ mouit bellum ciuile in Domi.fiducia duarum le gionum emperator absens id confecit:mira fœ licitate resoluto ponte:nam Rheni inundatione copiæ barbarorum ad eum,transituræ prohibitæ fuit:Eodem die:quo uictus est aquila tanq̃ nun tia uictoriæ:Domi.statuam amplexa est. Satur ninũ Suetonius autor:is tertium tribunus plebi ut Glautiam minustrum prætorem haberet uexa ta iam diu republica i Mumium competitorem curauit necandum in campo martio:deniq̃ sena tus statuit ut turbulentus i & seditiosus tribunus tolleretur e medio: datum igitur negocium est Martio:qui Glautiam & saturninum in capitolio obsessos dedit necãdos populo:ait Poeta puduis se.L.Antonium meditat i in urbe seditiones:ut sa turninus fecit:& propterea iuisse in germaniam: ut illuc arma moueret.M.idem Antoni.mouerat olim ciuile bellum ĩ Augustum:ait Poeta hoc no men attulisse animos.L.Ant. Vano nomine .M. Antonii:qa frustra mouit bellum ut tu. Saturni num:idest quãuis esse animo Saturninus: & mo ueres urbanas seditões. Sub ursa parrhasia:id est sub septentrione ĩ germania. Tulit arma:Au gusto. Phariæ coniugis: Cleopatræ. Exciderat animo.i.eras ne adeo oblitus? Freti actiaci:idest maris ad actium pmontorium:in quo superatus .M.Antonius ab Augu. Ille:M.Anto. collatus ti bi erat cæsar:adeo tu es iferior Anto.[Nulli: Tha is meretrix nulli negabat:& qđ grauius erat fella bat:Poeta ait:si ista prodigalitas meretricia tibi nullum affert pudorem quod omnibus das:saltẽ te pudeat:quod das fellationem turpe genus libi dinis. Negare nihil,est fellare hoc enim signifi cat apud Marti.alibi.Qui nihil negat hic Atticina fellat.Præterea:nil mihi galla negat alibi at quon dam mihi Galle nil negabas.Thaidem: fuisse fel latricem illic dixit nemo est. Thui senex ad irru mandum.[Sili Rogat Siliũ.ut legat uersus suos.

Saturni nus

Negare Nihil

Premis:insectaris. Periuria.i. perfidiam puni cam. Leues:fœdifragos. Magnis aphricanis.i. ducis triumphum Scipionis. Seueritate:graui tate carminis heroici.in quo seuerus uersaris: uel seueritate supcilio censorio. Alea:ludo. Vagus liber:nam serui ĩ saturnalibus omnes erant libe ri & uagi.Ora.age libertate decembri. Fritillus i ut alueolis.idem Porphyrio in Oratium putat.

Madidos:perfusos:tractum ab ebriis. Remissa relaxata. Contracta:cum ducitur uultus.in seueri

In thaidem.

Nulli Thai negas:sed si te non pudet istud:
Hoc saltem pudeat Thai negare nihil.

Ad Silium.

Sili castalidum decus sororum
Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore:perfidosq;
Fastus Annibalis:leuesq; pœnos
Magnis cedere cogis Aphricanis.
paulum deposita seueritate
Dum blanda uagus alea december
Incertis sonat hinc & hinc fritillis:
Et ludit rota nequiore talo.
Nostris ocia commoda camœnis:
Nec torua lege fronte:sed remissa
Lasciuis madidos Iocis libellos
Sic forsan tener ausus est Catullus
Magno mittere passerem maroni.

De nuptiis pudentis & Claudiæ.

Claudia Ruffe meo nupsit peregrina pudẽti
Macte ẽsto tædis o Hymenæe tuis:
Tam bene rara suo miscẽtur cinnama nardo:
Massica Theseis tam bene uina fauis.
Nec melius teneris iunguntur uitibus ulmi:
Nec plus lothos aq̃s:littora myrt9 amat:
Candida perpetuo resideat cõcordia lecto
Tamq; pari semper sit Venus æqua iugo:
Diligat ipsa senem quondã.sed & ipsa marito
Tunc quoq; cum fuerit non uideat anus

Ad Cecilianum.

Mille tibi numos hesterna nocte roganti.
In sex aut septem Ceciliane dies.
Non habeo dixi:sed tu causatus amici
Aduentum lancem paucaq; uasa rogas.
Stultus es:an stultũ me credis amice negaui.
Mille tibi nummos;milia quinq; dabo.

In Gallum.

priuignum non esse tuæ te Galle nouercæ:

tatem. Passerem: carmen scriptum de passere amicæ Catulli. ¶Claudia: laudat connubiú Claudiæ & Auli Pudentis optatq; ut faustú sit. Meo Pudenti: amico meo. Macte esto: cum alicuius factum probamus: utimur hoc uerbo macte. Macta hostia dicitur quando mola est supra infusa.

Macta hostia

Cinnam: potes hoc intelligere de unguento: quod ex nardo balanino ammomo fiebat. Miscentur tam bene. idest tam bene conueniunt.

Melliti tes
Pipera tum
Vinum Códitú

Theseis fauis: inter cætera uina medicata: erat uinum: quod mellitites dicebatur a melle immixto: ab aliis dictum est piperatum: nam & piper adhibebatur: ab aliis communi uerbo conditum Catone & Plini. Autore. Theseis fauis idest melli attico: nã mel atticú reliq oía gloria superat. GEO. Massica theseis tam bene uina fauis. Cur melitiitem hic addat ignoro: quando fictinii uini q le melitité Pli. appellat nulla fere gratia sit: quin potius de mulso intelligere debemus: qd' primú excogitauit Aristeus mel miscens uino suauitate pcipua: qd' testimonio eiusdem Poetæ pbamus: nam in xeniis de mulso hæc tradit: Attica nectareum turbatis mella falernum. Misceri docet hoc a ganimede merum. Sed quantú a semetipso discrepat Chal. nam exponés supradictum distichó ait mulsum uinum: de quo pauloante dictum est magno impédio fiebat attico melle temperatum & rursum exponens falernum uinum, massica eadem dici asserit: quod cum ita sit eiusdem Poetæ testimonio & de eodem ipso interpræte hominem confundimus.

DO. Melius aptius. Vlmi: dicuntur mariti uitium. Lothos: arbor præcipua lybiæ: cuius floris suauitate homines rerum omnium obliuisci dicuntur: unde Lothophagi populi qui ea presertim abundant. ut Homerus, Strabo Plini. scribút

Lothos
Lotho phagi
Myrtus

Myrtus ad littora crescit: non magis ob quam q propter calorem quoniam agri littorales cæteris regionibus sunt calidiores. Candida concordia: cui dex Vespasiáus templum erexit: candida sine perturbatione. Equa tam pari iugo: idest ut cissim amét & pari ardore. ¶Mille. Cecilianus petierat mutuo. a Martia. mille nummos. Mart. negauerat rursus petit uasa sex milium. Causatus: causam afferens. Quinq; milia: idest uasa quinq; milium quæ pluris sunt. Priuignum. Gallus habebat rem cum nouerca uiuo patre: quod & poterat dissimulare quádiu uixit pater: tamé núc patefecit: nam patre mortuo eam tenebat domi: præter morem: qm postq erat priuignus Gallus debuit discedere: sed tunc cum uelit domi manere tanq nouerca & uxor patris aperte dignoscit eam nunq fuisse nouercam. Rumor erat: idest aiebat esse priuignum uiuo genitore: quia ipso erat coniunx. Nusquá: qa mortuus est. Absolui: hoc iuditio: nam Ci. in causis ita floruit: ut appellatus fuerit rex iuditiorum autor Quin. hic regulus causidicus fuit: de quo Pli. autor. Desinit esse quæ adhuc nouerca: quia habebas rem semp cum illa. ¶Facere in Licíscam: meretricem fellatricem. eiusdem meretricis nomen apud Iuuena.

Regu lus

Rumor erat: coniunx dum fuit illa patris.
Non tñ hoc poterat uiuo genitore probari:
Iá nusq pater est Galle nouerca domi est:
Magnus ab infirmis reuocet Tullius umbris.
Et te defendat Regulus ipse licet
Non potes absolui: ná quæ nó desinit esse
post patré: nunq Galle nouerca fuit.

Ad paulum.

Facere in Lyciscam paule me iubes uersus:
Quibus illa lectis rubeat & sit irata:
O paule malus es irrumare uis solus.

De puero Glaciæ occiso.

Qua uicina pluit uipsanis porta colúnis:
Et madet assiduo lubricus imbre lapis.
In iugulú pueri: qui roscida templa subibat:
Decidit hiberno prægrauis unda gelu.
Cunq; peregisset miseri crudelia fata:
Tabuit in calido uulnere mucro tener:
Quid nó sæua sibi uoluit fortuna licere:
Aut ubi mors non est: si iugulatis aquæ:

De Endromide.

Hanc tibi sequanicæ pinguê textricis alúná:
Quæ lacedæmoniú barbara nomé habet.
Sordida: sed gelido nó aspernáda decembri.
Dona peregrinam mittimus Endromidé
Seu lentú ceroma teris tepidúue trigona:
Siue harpasta manu puluerulenta rapis.
plumea seu laxi partiris pondera follis:
Siue leué cursu uincere quæris Atam.
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus
Neue grauis subita te premat iris aqua.
Ridebis uentos hoc munere tectus & ibres.
Nec sic in tyria sindone tutus eris.

De Cærelia & Gellia.

Dicit se uetulá: cum sit Cærelia puppa:
puppam se dicit Gellia: cum sit anus:
Ferre nec hanc possis possis Coline nec illá:
Altera ridicula est: altera putidula:

De Cælio.

Nullos esse deos: inane cœlum.
Affirmat Cælius: probatq; quod se.
Factum dú negat hoc uidet beatum.

De Cleopatra uxore.

Nomen mentita lyciscæ: & simul paulum in irrumatorem. Rubeat: ira excandescat: & irata sit mihi. Irrumare uis solus & ita ostendit alteram esse fellatricem & alterum irrumatorem. Qua de morte pueri iugulati stillicidio congelato conqueritur Poeta q aqua ueluti & ensis iugulare didicerit. Vuda gelu prægra idest stiria. Subibat ingrediebatur. Columnis uispanis a uispano consule. Lapis lubricus: fluens. Mucro: glacies tanquam mucro. Tabuit concaluit in sanguine uulneris calidi. Hanc Endromides erant uestes hirsutæ: & longiore pilo quibus utebantur in gymnasio & theatro ad munera harenæ exercenda Iuue. Endromidas tyrias & femineum ceroma quis nescit. Iam mittebantur ex gallia industria textorum: qui illic prestantissimi habebantur: seruato tamen pristino nomine. nã Endromides dicebantur græca appellatione. quãuis Gallia eas mitteret Mar. Endromidẽ mittit nõ expresso nomine ad quem: quamuis nonnulli putẽt esse sequanicum qd potius ẽ appellatum & iungitur cum textricis. Sequanicæ idest gallicæ. Barbara: ueniens ex Gallia. Gelido decembri: nam usus huius uestis erat hyemali tempore ĩ gymnasio. Ceroma: unguentum erat ut supra. ex oleo & cœno: quo utebantur iuuenes ad robur lacertorum eo se exercentes: nam non fuit satis peteẽ harenam a nilo in palestra: unde Patrobo liberto Neronis afferebatur. nisi ceromata excogitassent quibus ut ait Pli. Iuuentus uires corporis exercẽdo animi uires perdebat Iuue. de hoc genere gymnasii intelligit (ut puto) cum ait: Cum lassata grãui ceciderunt brachia massa sunt qui locum putẽt in quem sensum uidetur loqui Pli. Athlætas inqt suos: & ceromata imaginibus exornant: sed superior sẽtẽtia placet. Seu uteris lentũ ceroma. i. seu luctaris nam inuicem terebantur palestritæ luctantes. Tigron: genus pilæ paganice quæ eadem dicitur pila trigonalis. Harpastum: genus ludi erat ut ait Suidas: sunt qui putent esse genus uehiculi culus cursum iuuenes: ad exercitationem lacertis reprimebant meminit huius gymnasii Pli. in. vii. & Seneca in declamationibus de harpasto in distichis: Hæc rapit Antæi uelox in puluere drauchus sed puto esse pilam. Plumea: ex pluma farciebaẽ uel ex pilis. Follis: genus pilæ qua: & iuuenes & senes pariter ludebant. Augustus Cæsar ea maxime delectabatur: infra Folle decet iuuenes ludere folle senes. Atas: puer fuit: qui Vipsano consule a meridie ad uesperum. lxxv. milia passuum cucurrit magno omnium admiratione: meminit historiæ Pli. omisso pueri nomine. Atas: autem nomen ueloci cursori conueniens: nam ate dicuntur qui uix summis pedum uestigiis terram contingunt. Iris: cœlum & serenitas. Sindone cultus: Sindones erant uestes candidæ ex lino quibus magi utebãtur & erant subtilissimæ cum autem comparet sindonem Endromidi: aperte dicitur Endromidẽ quoq ex lino fuisse: sed grossiorem: supra quid sit sindone tinctus olenti. Dicit: Cærelia erat puella & dicebat se uetulam. Gellia: erat anus & dicebat se puppam. Altera gelia: quæ anus & uolebat uideri puella. Putidula: Putidi & putiduli dicuntur q sibi ipsi displicent hoc Cicero uno in loco: displicebam mihi: alibi dixi: eram putidulus: cum autẽ quisq sibi ipsi displicet: contrahit frontem: & caret omni hilaritate propterea ait Poeta alteram

Endromis

Ceróa

Tigron

Harpastum

Follis

Atas

sindões

Endromis

Putidus

Putidulus

primos passa toros & adhuc placãda marito
Merserat in nitidos se Cleopatra lacus
Dum fugit amplexus: sed pdidit unda latẽtẽ:
Lucebat: totis cum tegeretẽ aquis.
Condita sic puro numerantur lilia uitro:
Sic prohibet tenues gemma latere rosas.
Insilui: mersusq uadis luctantia carpsi
Basia: perspicuæ plus uetuistis aquæ.

Ad Thaliam.

Dum tu lenta nimis: diuq quæris:
Quis primus tibi: quisq sit secundus:
Gratum qui sue epigramma comparabit:
palam callimachus Thalia de se
Facundo dedit ipse Brutiano.
Qui si cecropio satur lepore
Romanæ sales luserit Mineruæ:
Illi me facias præcor secundum.

De Littoribus altini.

Emula baianis Altini littora uillis:
Et phaetontei conscia sylua rogi.
Quæq Antenoreo Dryadũ pulcherria Faũo
Nupsit ad Euganeos sola puella lacus:
Et tu lædeo fœlix aquileia Timauo:
Hic ubi septenas Cyllarus hausit aquas.
Vos eritis nostræ portus requiesq senectæ:
Si iuris fuerint ocia nostra sui.

Ad posthumum.

Quod te mãe domi toto nõ uidimus anno:
Vis dicã quantum posthume perdiderim.
Tricenos puto bis uicenos ter puto nũmos
Ignosces: togulam posthume pluris emo:

Ad Augustum.

Sæpe meos laudare soles Auguste libellos:
Inuidus ecce negat: non minus ergo soles:
Quid q honorato non sola uoce dedisti:

mulieremn cupientem uideri puellam: adeo gestire: ut sit ridicula & non puella: alteram cupientem uide
ri anū nō uideri solū anū sed putidulā. Nullos: in Cælium impiū qui contemptis diis magna audacia cō
missis sceleribus diues euaserat. Dum hoc negat: idest dum ita sceleta exercet: ac si nulli essent dii. Pri
mos: Cleopatra uxor Mar. cum primo thalamo fugisset in lacus: Mar. eam insecutus osculatus est reli
qua aquis prohibentibus. Placanda: quia nondum mansuefacta. Gemma: quia in gemma rosæ inspi
ciuntur: potes etiam intelligere de pictura: qua ita Cleopatram latentem sub aquis expressam fuisse di
Lustric9 citur ipse tanquam in ueram insiluerit. Dum Lu
Brutianus stricus Brutianus græce eruditus iam cum Calli
macho elegiarum scriptore editis uersibus græcis
certabat. Increpat Musam Marti. q dum cessat: id
Lustricus Brutianus græco carmine superauit Cal
limachum: hortaturq; ut exeat & cum Brutianus
latine scribere cœperit ipsum faciat illi secūdum
laude Poematis. Dedit palmā de se. i. cessit Bru
tiano: Brutiani meminit Pli. in epl'is. Lepore ce
cropio sal. uersu græco. Luserit sales. idest iocos
latinos. Emula: laudat loca quedam, Venetiæ ubi
se domicilium fixurum senectuti ait: quando pote
rit uindicare se in libertatem. Altinum: oppidum
Venetiæ. Phaetontii: ad padum. Euganeos lacus
amœnitatem syluæ laudat: in qua dicit uerisimile
fuisse Driadem: que nunq̄ nubere solet ductam
fuisse in uxorem a Fauno deo siluarū: qđ cū ait: p
cipuam loci amœnitatem ostendit. Antenoreo
in sylua patauina. Ad lacus nam .xxiii. lacus illic
Aqleia olim recessebant. Aquileia urbs: extra Venetias.
Cylar9 Lædo timauo: quod ait Cyllarum illic bibisse ex
tra, historiam est: nam Cyllarus relictus est in laco
nia a Castore quando nauigauit cum argonautis
Papi. in The. Tua furta plepsa ppago Cyllare: cū
scythici diuersus ad hostia ponti Castor amiclæas
remo mutauit habenas: sed cursum argonautarū
ostendit: cum quibus erat Castor: nam argonau
tæ duxerunt nauem per saum histrum: naupor
tum: & ignoto quodam amne i adriaticum iuxta
tergeste diligentiores autores tradidere hume
ris delatam fuisse per hæc loca: quamuis Corne
lius næpos scribat histrum confluere ad hostium
padi mari ite̅riecto quod uerus q̄ fluminis undis
mite scit. eleganter igitur eum cursum designat
cum ait Cyllarum equum pollucis: qui una cum
fratre inter argonautas erat illic bibisse. Septēas
aquas ppter. vii. hostia Timaui. Quod in Posthu
mum amicum: qui factus diues deseruerat Martia
lem & aut nihil: aut parum dabat: cum tamen uel
let coli assidue. Quod non uideri: idest quod non
salutaui te mane. Sæpe: ad Cæsarem: negat lau
dandos esse libellos. Non sola uoce idest non so
la uoce laudasti me: sed etiam dedisti ius natorum
fecisti etiam me tribunum prætorem. Magis ut
doleat: idest quemadmodū legisti libellos meos
illo inuito: tanto magis ut inuidus doleret. Ita da
tanto magis: ut rumpatur. Donasti in Cloen
Luperci meretricem: quæ donabat uestes Luperco nomi
ne pprio: Luperci autem nomine communi age
bant ludos nudi: Vir. Nudosq; lupercos ad qđ al
ludens monet Martia. ne tantum donet suo Lup
co: nam si pe̅rrexeris inquit donare nudus Luper
cus te nudam reddet. Tenero. i. iuueni: qui subagi
tat te. Hispanas: bæticas quia inde optimæ lanæ

Non alius poterat q̄ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros corrosit liuidus ungues:
Da Cæsar tanto tu magis ut doleat.

Ad Cloen.

Donasti tenero Cloe luperco
Hispanas: tyriasq; coccinasq;:
Indos Sardonicas: Scythas Smaragdos:
Et lotam tepido togam Galeso:
Et centum Dominos noue monetæ:
Et quicquid petit usq; & usq; donas:
Væ glabraria: uæ tibi misella:
Nudam te statuet tuus Lupercus:

Ad pudentem.

Obstat chare pudēs nostris sua turba libellis
Lectoremq; frequens lassat & implet opus
Rara iuuant: primus sic maior gratia pomis:
Hibernæ pretium sic meruere rosæ.
Sic spoliatricem commendat Fastus amicam:
Ianua nec iuuenem semper aperta tenet.
Sæpius in libro memoratur persius uno,
Quam leuis in tota Marsus amazonide:
Tu quoq; de nostris releges q̄cunq; libellis
Esse puta solum: sic tibi pluris erit.

Ad piscatorem.

Baiano procul a lacu monemus,
piscator fuge: ne nocens recedas.
Sacris piscibus hæ natantur undæ,
Qui norunt Dominum manūq; lambūt:
Illam qua nihil est in orbe maius.
Quid quod nomen habent: & ad magistri
Vocem quisq; sui uenit citatus.
Hoc quondam Libys impius pfundo:
Dum prædam talamo tremente ducit,
Raptis luminibus repente cæcus:
Captum non potuit uidere piscem.
Et nunc sacrilegos perosus hamos:
Baianos sedet ad lacus rogator:

affectebantur

afferebantur.Indos sardonicas:nam ex india mittebantur præcipui ut Pli.scribit. Smaragdus:in prætio olim fuit.Nero pugnas gladiatorum Smaragdo spectare solebat cũ autem duodecim genera Smaragdi sint nobilissimi sunt scythici quia nullis maior est austeritas:nec minus uitii. Galeso: cãusinã togã. GEO. Et lotam &c.minime imo potius tarentinam.Nam galesus fluins preterlabitur tarentũ de quo Vir.Nãq; sub œbaliæ mẽini meturrib9 altis.Qua niger hũectat flauẽtia culta galesus.Coritiũ uidisse senẽ. DO. Dominos flauios:nam flauii erant nũmi a fluuiis Imperatoribus signati:hoc est Vespasiano Tito & Domi.

At tu dum potes innocens recede:
Iactis simplici bus cibis in undas
Et pisces uenerare dedicatos.

Ad Hippodamum.

Quod cupis in nostris dicis; legiq; libellis
Et nonnullus honos creditur esse tibi:
Ne ualeam:si non res est gratissima nobis:
Et uolo te chartis inseruisse meis.
Sed tu nomen habes auersum fonte sororum
Impositum mater quod tibi dura dedit.
Q́d nec Melpomene:q́d nec polymnia possit
Nec pia cum phœbo dicere Calliope:
Ergo aliquod gratũ Musis tibi nomẽ adopta
Non semper belle dicitur Hippodamus.

De Ape electro inclusa.

Et latet & lucet phaethontide condita gutta
Et uideatur apis nectare clausa suo.
Dignum tantorum pretium tulit illa laborũ
Credibile est ipsam sic uoluisse mori.

Ad Sosibianum.

plenã laboratis habeas cum scrinia libris:
Emittis quare Sosibiane nihil.
Edent heredes inquis mea carmina quando:
Tempus erat iam te Sosibiane legi.

Ad Attalum:

Sordida cum tibi sit uerum tñ Attale dicit
Quisquis te niueam dicit habere togam.

De pugna dammarum.

Frontibus aduersis moles concurrere dãmas
Vidin [illegible] fati sorte iacere pari.
Spectauere canes prædam:stupuitq; supbus
Venator cultro nil superesse suo.
Vnde leues animi tanto caluere furore:
Sic pugnant tauri:sic cecidere uiri.

Ad Olum.

Glabraria:glabriones dicuntur qui sunt sine pilis:& glabrarias oues appellat Var.i're agraria carentes lana. Cloe glabraria erat quia ex pilata erat.Festus idem & Pl ini. Obstat:ait Poeta se quidem cupere scribere:q; etiã dixit superius. Edita ne breuibus sed nihil aliud offendere gratiam carminũ suorum quam copiam: nam quo rarior res est:eo solet esse charior sed tamẽ se ppea nolle desistere cum in hac copia unũ possit eẽ remedium:ut scilicet lectos.quãdocunq; libellũ perlegerit eũ solum esse putet.Scribit autẽ ad Aulũ Pudentem amicissimum. Turba sua:multitudo.

Glabriones

Glabrarie oues

Nostris libellis obstat.idest nocet gratiæ nostrorum carminum. Opus frequens idest frequentia epigrammata. Rara iuuant:& exemplo ostendit. Hibernæ Hyemali tempore & ex ægypto & postea ex agro romano rosæ in urbem mittebantur.Erant præterea rosæ quæ dicebantur hybernæ fictæ brateis idest foliis auri & argenti alibi diximus. Sic raritate. Cõmendant gratiorem facit. Non sp aperta .idest clausa aliqñ. Marsus Numeratur inter poetas Marsus.Domitius cuius ille uersus extat in Orbilium sæuum uerberatorem puerorum de quo etiam Iuue.Si quos orbilius ferula scuticaq; cecidit.Hic scripsit bellũ Herculis in amazones:q́d amazonidem inscripsit.idẽ descripsit Homerus.ut tradit Plutar.. Sic hoc pacto. Baiano ex historia:nam in piscinis Cæsaris Domitiani auctore Plinio pisces uocati ad nomen uenire solebãt:Quo argumento docet idẽ auctor pisces habere auditum:sed præcipuẽ mugilem:salpam:cromim:lupum. A lacu baiano: a piscina cæsaris:quæ erant baiis.

Marsus

Nocens:Damnatus. Sacris:quia sunt Domitiani dei. Dominum:Domitianum. Magistri: custodis.. Lybis impius:q a uiolauit sacros pisces. Calamo.canna hamo. Rogator:mendicus.

Ad lacus baianos:iuxta piscinam. Cibis simplicibus:non dolosis:sine hamo. Dedicatos:Cæsari Domitiano deo dicatos:nam deus dicebatur.

Quod Hippodamus rogat Martialem:ut aliquid scriberet & de se.Eum deridet:quod habeat nomen rebelle Musis & non conueniens carminibus:iisdem ferme uerbis utitur in Catinum:cuius nomen dicit esse Musis rebelle. Auersum fonte sororum a Musis. Dura mater rusticana.

Quod nomen nullo genere carminis dici posset. Pia calliope:an propter filium Orpheum: in quo lugendo pietatis nomen meruit:an quod melioribus numeris præest:prior sententia placet. Bellæ:concinne uenuste. Et latet in electro nonnunquam uiscebantur formicæ culices: lacernæ quæ recenti adherentes ab indurescenti claudebantur quo argumento nonnulli utun

tur ad oſtendendum electrum aliquando fieri liquidum: nunc laudatur a Mar. apis incluſa. Gutta phaetontide .i. ſuccino & electro: quod naſcitur ex lachrymis ſororum phætontis. Nectare ſuo: melle. Tulit preciũ mortis: laborũ tantorũ in melle faciendo. Plena: ad Soſibianum: Soſibianus uolebat uideri poeta multis libris cõpoſitis: cũ nullos ederet: dicebat aũt ſe expectare: ut hæredes ederẽt ipſo mortuo. At inquit poeta poſtea q̃ libros habes perfectos: tempus eſt te legi .i. morere: ut & libri emittant: oportebat te iã mortuũ eſſe ut legereris. Argute: cũ aliud dicere uideat hoc ſignificat. Frõtibus: damæ in ſpectaculis Domitiani cũ in ſyluis ſint fugaces: inter ſe cõcurrentes ceciderũtq́ nemĩ ꝑ uideat: Mar. ait factũ numine Domitiani: cui cũ tauri inter ſe pugnantes & uiri præſtent ſpectacula: ipſæ quoq; ſuũ pſtare uoluerũt: inde ait alio epigrãmate: Vis damis Cæſar parcere: mitte canes .ſ. ut intelligant tibi nõ placere ut pugnent. q. d. in tuã pugnauerũt grãm.

Molles: olim imbelles. Canes. qui erant in theatro. Venator qui uenerat in theatrum.

Nil reſtare uenabulo in qd́ ſæuiret. Tauri ſic pugnant .i. ceciderũt in gratiã tuã inter ſe pugnãtes. Sicut uiri: & ſic ipſe damæ uoluerũt. Centũ Afer ut nihil daret. Mar. quotiẽs occurrebat ei: numerabat debitores: & futuros redditus: ait Poeta iã nõ potes euadere quin des aliqd: nã cũ non dederis hactenus ob liberalitatẽ tuã nunc ſaltem debes dare in premiũ moleſtiæ. qua me afficis quotidie enumerans tuos debitores. Solidũ: ideſt integre. Ter ducẽda .lx. Numeres .i. des & ſoluas.

Argẽtũ purum

Argenti: Carinus multa pocula habebat & uarie ſculpta: hiſq; gloriabat. Argentũ purũ dr̃ argẽtũ illaboratũ. & argẽtũ puꝝ qd́ ad nullos ſpurcos uſus adhibet: ut Pom. ſcri. Carinus erat cunnilingus. Cũ ergo potaret his poculis nõ poterãt uideri pura: q a os fetidũ erat: iocans Mar. ambiguitate uerbi: ait eũ nõ habere argentũ purũ: cũ Carinus ĩtelligat .i. illaboratũ: Mar. fallit. & intelligit eũ non habere ea pocula pura: q a cũ ſit cunnilingus: non poſſit niſi ſpurce illis uti. Graniana: pocula ab auctoribus & magiſtris officinaꝝ nõia ſumebãt: unũ alia clodiana: alia firmana: alia graniana a granio ſculptore. Linũt auro hocẽ illd́ gen⁹ poculoꝝ de quo Pli. ait figuras i poculis circunlini auro qũm⁹ Auꝝ Callaicũ ſubtile erat: huic uſui accõmodatũ. GeO. Nec q̃ calaico liniunt auro: Plinianã lectionẽ inuenerit liquidẽ totũ de anagliphis legit: nã anaglipha aſperitatẽq; exciſam circa lineaꝝ picturas q̃rimus quã Pli. lectionẽ ſpurus hic hõ ut plæraq; alia corrumpit uaſa uero illita auro calaico erãt phialæ cælate auro addito: de quibus iſta idẽ Poeta ait: q̃uis calaico rubeãt generoſa metallo Glorior arte magis nã meus iſte labor.

Calaicũ metallũ

Anagli pta

DO. Anaglypta: pocula exciſa in aſperitatem diſtinctam: anaglypto ſignificat ſculpo. Purũ q a nullum puꝝ habere potes: cũ ſis cunnilingus. nã oĩa ſpurca reddis ore: & uſu. Fuiſſe carinum cunnilingũ ante indicauit eo uerſu: Cunnum lingit Carinus & tamen pallet. Atria: poſthumus uetus Mar. amicus: nam una uixerant .xxx. annis: nunc factus diues nihil dabat. conqueritur Poeta q ex acta iam etate: alium dominum querere nõ poſſit & poſthumus nihil mittat. Toto ſtemmate cum omnibus imaginibus. quæ in atriis ſeruabantur.

Ter numeranda: hoc ꝓpter duos Senecas dicit & unum Luca. nam tres ex ea domo docti fuerunt Ter numeranda .i. trium uiroꝝ laude illuſtrata:

Cana ẽ barba tibi: nigra eſt cõa: tĩgere barbã
Nõ potes: hæc cã eſt: ſed potes Ole comã

Ad Afrum.

Centũ Coranus: & ducenda Mancinus:
Trecenta debet Titos: hoc bis Albinus:
Decies Sabellus: alterumq; ſeranus.
Ex inſulis fundiſq; tricies ſolidum:
Ex pectore redeunt ter ducenta parmenſi.
Totis diebus Afer hoc mihi narras:
Et teneo melius iſta: q̃ meum nomen.
Numeres oportet aliquid: ut pati poſſim.
Quotidianam refice nauſeam nummis:
Audire gratis Afer iſta non poſſum.

Ad Gallam.

Galla nega: ſatiatur amor niſi gaudia torquẽt
Sed noli nimium Galla negare diu.

Ad Carinum.

Argenti genus omne comparaſti:
Et ſolus ueteres Myronis artes:
Solus praxitelis manus: Scopæq;:
Solus phidiaci toreuma cæli:
Solus Mentoreos habes labores.
Nec deſunt tibi uera graniana:
Nec quæ Calaico linuntur auro:
Nec menſis analiptade paternis.
Argentum tamen inter omne miror
Quare non habeas Carine purum.

Ad poſthumum.

Atria piſonum ſtabant cum ſtemmate toto.
Et docti Senecæ ter numeranda domus
præculimus tantis ſolũ te poſthume regnis:
pauper eras & eques: ſed mihi cõſul eras.
Tecum terdenas numeraui poſthume brũas
Communis nobis lectus & unus erat.
Iam donare potes: iã perdere: plenus honoꝝ
Largus opũ: expecto poſthume qd facias
Nil facis: & ſerum eſt aliũ mihi quærere regẽ
Hoc fortuna placet: poſthumus impoſuit

Alibi Duos Senecas tunicūq; Lucanū Facūda lo〈q〉tur corduba. Regnis dñm: Poeta regē dñm sæpenu mero appellat. Cōsul non aliter te colebā q̄ fuisses cōsul. Terdenas brumas.i.xxx.annos. Perdere adi mere aliqd tibi. Largus opū: affluēs opibus. Imposuit mihi.i.decepit me: qa nō dan: & ita decepit cum se pauerim daturū: sed poeta fallit & intelligit q̄ Posthumus factus erat diues cum nunq̄ esse deberet: ita decepit me uel imposuit tibi fortuna quod eum diuitem fecisti & diuitiis non bene utitur: huiusmodi ho mines fallaces & decepisse deos uel fortunam dicuntur alibi in ius O fallax atq; iſiciator eamus: cum de hoīe diuite & auare uiuēte loq̄ret.

In male recitantem:

Quid recitaturus circundas uellera collo.
Conueniunt nostris auribus illa magis:

Ad Flaccum.

Si quis forte mihi posset pręstare roganti.
Audi quem puerum Flacce rogare uelim:
Niliacis primum puer hic nascatur in oris
Nequitiam tellus sit dare nulla magis
Sit niue candidior: nāq; in mareotide fusca:
pulchrior est: quanto rarior iste color.
Lumina sydenbus certēt: mollesq; flagellēt:
Cola comæ: tortas non amo Flacce cōas
Frōs breuis atq; mod⁹ breuiter sit narib⁹ ūcis
pestanis rubeant æmula labra rosis.
Sæpe, & nolentē cogat: nolitq; uolentē.
Liberior domino sæpe sit ille suo.
Et timeat pueros: excludat sæpe puellas:
Vir reliquis: mi sit puer ille mihi.
Iā scio. nec fallis: nā me quoq; iudice uerū ē:
Talis erat: dices: noster amazonicus.

In Coracinum.

Non dixi Coracine te cynedum
Non sum tam temerarius: nec audax:
Nec mendacia qui loquar libenter.
Si dixi Coracine te cynedum.
Iratam mihi pontiæ lagenam.
Iratum calicem mihi Metylli.
Iuro per syrios tibi tumores.
Iuro per Berecynthios furores:
Quod dixi tñ hoc leue: & pusillū est.
Quod notū est: quod & ipse nō negabis.
Dixi te Coracine cunnilingum.

De Vesuio monte.

Hinc est pāpineis uiridis mō Vesuius ūbris
presserat hic madidos nobilis uua lacus.
Hæc iuga q̄ Nysæ colles pl⁹ bacchus amauit
Hoc nuper saliri monte dedere choros.

Quid: sensus acut⁹ ē & apert⁹ in malū recitatorē & raucū. Auribus no. ne audiāt te male recitātē. Vellera: p uellera ītelligit focale: nā recitaturi ne clamor obstre pētiū terreret adhibebāt aurib⁹ gen⁹ ligamīs qd̄ focale appellarūt. Fabi. Quin. Focalia & ligamina aurium sola excusare potest ualitudo. Hæc ait cum de recitaturis scriberet. Hoc uerbo usus est Oratius in sermonibus: & Poeta in distichis. Si re citaturus dedero tibi forte libellum. Hoc focale tuas afferat auriculas. Nostris auribus: ne quid de te audiamus. Focale: a faucibus, quibus heret, dici tur. Focale

Vellem Focale.

Si qs. ad Flaccū de electiōe pueri quē uelit ī oris niliacis ægypti. Neqtiam: blāditias lasciuio res. Molles comæ.i.demissæ. Tortas: crispas. Emula: certātia. Pestū: oppidū in lucania ubi ro sæ bis ī anno prouenieбāt. Pestum Cæteris sit uir.i.cæ teris neget. Mihi uni puer.i.det mihi. Amazōi cus: puerū Flacci talis erat: fictū nomē uel pp Hip polytū filiū amazonis pulcherrimū: uel ab ἅμα.i. simul & ζῶ.i.uiuo idest puer uite comes.

Nō dixi: iocat in Coracinū quē cū mollē ille dixisset iratus est quasi eū appellasset cinædū: iurat Marti. se eum nō appellasse cinædū: sed dixisse id quod pa rū est: & qd ipse nō negabit: hoc est cūnilingum.

Pōtiæ lage. Pōtia uenefica erat infra de dapibus ab ea missis. Has ego nō mittā Pōtia: sed nec edā. Lagena nōnūq̄ ueneficio misterū pstabat. Infra de eo q necauerat uxorē ueneno. Diceris hac ce lebs factus tñ eē lagena Iuro p lagenā Pōtiæ.i.per Pōtiā uenefici. nā p res cōtrarias solemus aliqñ iu rare. Iuro p ca. Metyli.idē iusiurādū: ut de pōtia: nā Metyllus ueneficus. Syrios tu mores: ī syria autore Luciano colebat dea cuius sacerdotes ī sa crificiis iter se digladiabant quēadmodū corybā tes ī sacris magnæ Deæ. Ipse sentit fuisse iunonē q̄ ita illic colebat: extat ei⁹ cēo. q̄ iscribit de dea sy ria. Dea itē syria Romæ colebat: ut meminit Trā ql. in Nerōe: uel p syrios tūores.i.p sacra isidis sy riæ: q̄ Romæ colebat. nā p hæc duo numia grauis sime iurabāt p Cybelē & isidē: alibi nō p mystica sacra dindimenes: nec p niliace bouē iuuēcæ.i.isi dis ubi ita piūxit Cybelē & isidē ut hoc loco.

Pontia. Lagena

GEO. Iuro p sy. tu. deā syriā māifeste docet eē isi dē Apulei⁹ ī metāorpho. Cui⁹ sacerdotes fanatici per plateas & oppida cibalis & crotalis psonātes. tū ācipiti ferro brachia dissecātes aut morsib⁹ suos musculos īcursantes: stipes ereas argēteasq; mul tis uertatim afferētibus sine recipiebant patulo de quorū questu plura idem scriptor tradit.

DO. Tūores: dixit qm̄ epithetō syriorū: alibi scy ros tumētes appellauit. & alibi. Agrippæ tūidus negociator iurat. Itē p isidē apud iuue. nā sistro se rī putabat. hæc unica snīa mihi placet: ī q̄ scio m̄ (tos diligasse.

GEO. Syrios tu. an alii diiurauerūt dicere ñ possū. cū illorū scripta ñ uiderī. sed te oium delirā

legas.i.stolida. Matronæ ad matronas honestas & pueros scri.& dedicat hunc librū. Nequitiæ pcatiores.i.scurrilitatis. Sales nudi.i.impudentes ioci. Quintus iocat.i.quintus liber iocatur una cū Domino:nam in hoc libro Domitia. uersat. Germanicus:Domi.quid id sibi nomen assumpsit populis germaniæ deuictis. Puella cecropia:de Domitia uxore potes intellige:sed placet intelligas de pallade:quā colebat:Alii sentiunt de Iulia filia Titi Vespasiani:quā Domi.ardētissime amauit.

Ore non rubenti:sine rubore. Accola: Datis obsidibus Domitiano a dacis Degis Regulus inter eos cum Domitianum uidisset mea inqt sors qui sum obses melior est q̄ fratris: qui est liber in dacis quoniam mihi licet prope intueri Germani cum quem ille tam longe colit. Nostræ ripæ tyberis quia dacis tibi missus. Lætus: Degis: Mea sors:quāuis sum obses. Degis. proprium nomen obsidis. Fœtere:Myrtale ebria solebat mero admiscere folia lauri ne uinū oleret:sed id ad ebrietatem quoq; uitandā erat aptū:nā Theophrasto auctore laurus ebrietati aduersatur:locatur Poeta in Myrtalen.posteaq̄ inquit non uult uideri bibisse uinum quotiens uideris eam rubicundo ore dicas bibisse laurū. Fallat nos.i.ut occultet odorē. Promittentibus uenis nam id existit i ebrio.

Licebit dicas:poteris dicere. Bibit laurum idem enim erit ac si diceres bibit uinum: & ebria est. Sexte:Mittit librum ad Sextum scribam:& consiliarium Domitiani:rogatq; ut eum collocet inter leuiores Poetas:nam libris de bello capitolino gesto a Domitiano olim conueniunt grauiora poemata. Mineruæ palatinæ q̄ musas & studia palatina exerces. Nascentes.i.primas curas Domitiani. Ad carmina belli capitolini.i.inter opera scripta de bello capitolino gesto a Domiti.

Si non est:uersus Phalecius est:mittit carmina Domitiano:sed rogat Parthenium cubicularium ut librum principi afferat:cum tempestiuum erit neq; porrigat:sed legat uidente Domitiano qui cum sit studiosius literarum:statim poscet libellum:fingit se esse ante hostium & accrescere per musas Parthenium:uel eas alloquatur:& quæ sequuntur sint mandata ad Parthenium: Parthenius colebat musas iccirco uestrū. Sic:uerba Mar. obtestantis ad Parthenium qui præfectus cubiculi erat domitiani: auctore Tranquillo. Finiat absoluat tuam uitam. Inuidia fauente. idest inuidis etiam fauentibus: nā ei qui honestum gratiæ locum retinet illi etiam qui inuident fauent: ut sit sensus:sic semper retineas istum gratiæ locum. Burrus natus Parthenii & proprium uiri nomen apud Tacitum. Iouis sereni:apto uerbo in methaphora usus est:nam cum dixisset Iouis addidit sereni.Nam serenus Iuppiter dicitur.

Iniquas præces quia multa petam:& iniusta ꝑcet. Vmbilicus:ut porphyrio interpretatur: erat ornamentum:quod extremis partibus librorum addebatur:uel ex osse uel ex ligno unde dicitur res.peruenit ad umbilicum:idest ad finem. Vmbilicus

Cedro nam libri auctore Vetruuio oleo cedrino tincti non timent nec tineas nec cariem & Hemina in annalibus scriptum reliquit libros Numæ repertos a Gn. Teren. sub ianiculo nõ fuisse cõsumptos qm̃ Cedrati essent. Alii codices plmiani hñt cærati. Qualiter: Laudat domi. p multa ædificia icẽdio assumpta instaurauerit renouatã eẽ urbẽ sub Domi. factã q3 nitidiorẽ ut phoenix nitidior ẽ cũ renouat: nã cõburit se phoenix & ex cineribus alier phoenix nascit. apte Poeta renouatã urbẽ ab incendio cõparabit phoenici q̃ ipsa arsit auctor est Tranql. hui9 instauratõis i Domi. Manil. togatus scri. uiuere ãnos phoenicẽ. cccccc. & lx. & cõsecratã eẽ soli in Arabia: cõuersionẽ magni anni fieri cũ morit: nã extrema senecta cõburit se surculis thuris: & aliis ramis odoratis. Exuta. i. deposuit senectã cariẽ. Sũpsit uultus. i. inuẽt utẽ: innouationẽ. Sui psidis: Do. Vna auis sola auis phoenix: & semper sola est. Nostræ querelæ: nonnulli codices hñt notæ ut dicas Vulcane parce & noli iactare amplius querellã tuã oibus qd̃. s. Venus uxor tua concubuerit cũ Marte auctore generis romani: si legis nostræ. i. noli ampli9 agitare nr̃as q̃relas. Turba Martis. nõ mõ habemus genus a Marte. quẽ odisti sed habemus ẽt a Venere genus. q̃ amas. Cathenis lemniacis: qbus deprẽdisti. Venerẽ cũ Marte i adulterio. Hõe. auctor in primis Amet te patiẽter q̃uis sis claudus & deformis. Edictũ: Phasis libertus cũ legitimũ equitis censum nõ haberet lacernis purpureis uolebat uideri eques: & cũ nup Domi. iussisset seruari legẽ Othonis ne cui liceret sedeẽ in. xiiii. gradu nisi equestrem censum haberet hic in theatro iactabundus laudabat legem quasi ipse eẽt eques: sed Lectius cui ordinis theatralis cura erat demãdata iussit eũ surgere. Phasis: nomẽ pprium liberti sumptũ a phasi fluuio: queadmodũ Tanais libertus Mœcenatis olim sũpsit a Thanai. Domini. i. domi. domi. cũ epistolã dictaret sic incepit: domi. deusq3 noster ita iubet unde institutum est ut ita appellaret. Puros. i. sine colluuione plebis. Cõmodius licet sedere. i. reddita est dignitas eqtibus. Illas lacernas nã solis lacernis poterat uideri eques sed censum non habebat. Languebam: Symmachus medicus cuius alibi meminit multis discipulis comitibus accessit ad Martialem febre laborantem discipuli autem illi erãt. iuniores manibus gelidis ait poeta sibi allatam fuisse maiorem febrem tactu illorum adolescẽtium q̃ prius haberet: captus enim ẽ amore. Nunc habeo. s. febrem ardore amoris.

Esse qd Conquerit Poeta inuidia hoĩum fieri ut mortuis tãtum Poetis tribuat honos: & hoc accidere ait qm̃ eadem inuidia perturbatt homines uetera nouis semp anteponunt eadẽ est sñia Quinti. qui scri. iudiciũ de uiuis auctoribus liuore perturbari & Ouidii: pascit' i uiuis liuor post fata quiescit. Sua tpa. i. auctores suorũ tporum. Pompei umbrã. i. porticũ Pompeii. Ingrati Domitiano. cuius porticũ dicit præstãtiorẽ esse pompeianam: nam quod domi. condiderit porticũ nulla quidẽ extat historia tradita uel a Tranql. uel a Tacito: sed ab Eus. im̃ in tpibus qd̃ uix potuerim reperire Iulia templa Catulli. intelligit capitoliũ instauratum a Sylla: & dedicatũ a Catulo. Quarto enim constructũ est capitolium a Tarq. qd̃ Hora. dedicauit ueruñ bellis ciuilib9 instaurauit Sylla dedicauit Catul.

Quæ cedro decorata: purpuraq3
Nigris pagina creuit umbilicis.
Nec porrexeris ista: sed teneto.
Sic tanquam nihil offeras: agasq3:
Si noui dominum nouem sororum:
Vltro purpureum petet libellum.

Ad Vulcanum.

Qualiter assyrios renouant incendia nidos:
Vna decem quotiens sæcula uixit auis:
Taliter exuta est ueterẽ noua Roma senectã:
Et sumpsit uultus præsidis ipsa sui.
Iã precor oblitus nostræ Vulcãe querelæ:
Parce: sumus Martis turba: sed & Veneris
parce pater: sic lemniacis lasciua cathenis.
Ignoscat coniunx: & patiẽter amet.

De Phaside.

Edictum domini: deiq3 nostri:
Quo subsellia certiora fiunt.
Et puros eques ordines recepit:
Dum laudat modo phasis in theatro
Phasis purpureis rubet lacernis:
Et iactat tumido superbus ore:
Tandem commodius licet sedere:
Nunc est reddita dignitas equestris.
Turba non premimur: nec inquinamur:
Hæc: & talia dum refert supinus:
Illas purpureas & arrogantes:
Iussit surgere Lectius lacernas.

In Symmachum.

Languebam: sed tu comitatus protinus ad me
Venisti centum Symmache discipulis.
Centum me tetigere manus: aquilone gelatæ
Nõ habui febrẽ Symmache: nũc habeo.

Ad Regulum.

Esse quid hoc dicam: uiuis q3 fama negatur.
Et sua q3 rarus tempora lector amat:
Hi sunt inuidiæ nimirum Regule mores:
Præferat antiquos semper ut illa nouis.

Sic ueterem ingrati Pōpeii querimus umbrā:
Et laudant Catuli Iulia tēpla senes:
Ennius est lectus saluo tibi Roma Marone:
Et sua riserūt sæcula Mæoniden:
Rara coronato plausere theatra Menādro;
Norat Nasonem sola Corynna suum.
Vos tamen nostri nō festinate libelli:
Si post fata uenit gloria: nō propero.

De Stella.

Sardōicas smaragdos: adamātas: iaspides ūo
Portat articulo stella seuere meus.
Multas in digitis: plures in carmine gēmas
Inuenies: inde est hæc: puto: culta manus.

De eodem.

Quod nutāria fronte pertinaci.
Gestat pondera masclion superbus:
Aut grandis Linus omnibus lacertis
Septem quod pueros leuat: uel octo
Res non difficilis mihi uidetur.
Vno cū digito uel hoc uel illo
Portet stella meus decem puellas.

In Callistratum.

Sum (fateor) semperq; fui Callistrate paup.
Sed nō obscurus: nec male notus eques.
Sed toto legor orbe frequēs: & dicit̄ hic est.
Quodq; cinis paucis: hoc mihi uita dedit.
At tua centenis incūbunt tecta columnis;
Et libertinas arca flagellat opes.
Magnaq; niliacæ seruit tibi gleba Syenes:
Tōdet & innumeros gallica Parma greges.
Hoc ego tuq; sumus. sed qđ sum nō potes eē:
Tu qđ es: e populo quilibet esse potest.

Ad Martialem.

Si tecum mihi chare Martialis
Securis liceat frui diebus:
Si disponere tempus ociosum,
Et ueræ pariter uacare uitæ:
Nec nos atria. nec domos potentum.
Nec lites tetricas: forumq; triste
Noscemus: nec imagines superbas.
Sed gestatio: fabullæ: libelli:
Campus: porticus: umbra: uirgo: thermæ

bellis uitellianis instaurauit Vespasia. eo moriēte incēsum instaurauit Dōi: ait ergo poeta p̄ īuidia hoīes anteponere porticū Pōpeii porticibus Domi. & capitoliū dedicatū a Catulo capitolio istaurato a Dōi. Sic: pp īuidiā. Iulia tēpla. i. capitoliū alibi de filio Reguli. Iulia tecta placent. i. tecta capitolina. Vmbrā Pōpei. i. porticū pōpei. Saluo Marone: cū posses legere Maronē. Menādro q̄ tuor: Menādri fuerūt: Menāder atheniēsis auctor ueteris cōœdiæ: Menāder laodicenus sophista. Menāder bizātius historicus Menāder filius diopitis auctor nouæ cōœdiæ Stra. & insani in mulieres amoris: hic suo tpe nō fuit habitus in p̄tio ut scri. Quinti. Philemō prauis iudiciis sui tēporis ē p̄latus. Corynna nomē puellæ fictum ab Oui. nā duæ fuerūt Corynnæ: utraq; thebana: & carmibus lyricis erudita: adeo ut iūior cū Pyndaro cōtēdisse dicat̄: hui⁹ tumulus ī Beotia erat ipsius effige: uita coronata ī monumētū supati Pyndari: auctor Pausanias: īde Oui. puellæ suæ nomē hōestū īdidit. Sardonicas: Laudat carmē Stellæ quo dicit eū cōsecutū multas gēmas: an ītelligit Violāthilā amicā dedisse ei gēmas q̄ opusculo cōposito Asteridē appellauit: & ī cuius gratiā de fleuit colūbā: an ītelligit ab aliis ēt habuisse a Dōi. ut puto cui⁹ uictoriā sarmathicā cecinerit: ut mox dicem⁹. Smaragdos. s. ī fine abiicias: demū facias collisionē uocaliū. Plures ī carmie gēmas. i. uenustatē & florē uerboꝝ. Quod: Masclio Linus eodē argumēto epigrāma ē de Stella: sed q̄ nominet duos Masclionē & Linū pdigiosa ostētatiōe uirū: hoꝝ noīa qđ alibi nō repperi: sed mihi fit uerisimile eū ītelligere de Athanato: q ei⁹ tpibus floruit. Is quiquagenario: plūbeo thorace īdutus: & cothurnis quigētorū pōdo calciatus: p harenā ingrediebat̄: & de Fusio saluo: q duo cētenaria pondo pedibus totidē māibus & hūeris contra scalas ferebat: hoc genus gestādi dedit Iuu. Corbuloni. Decē puellas. i. gēmas decē puellaꝝ: alii sentiūt p̄tiū decē puellaꝝ: qđ placet. Sum: in Calistratū q sibi solis diuitiis placebat: ait. n. & sinō diues ē tñ se eū esse q nō pōt eē Calistratus: sed q libere uulgo pōt eē qđ est Calistratus: nā oēs diuites eē pñt: Poetæ pauci. Nō male notus: q a uirtute cognitus. Legor frequēs. i. mea epigrāmata legunt̄ a multis. Et dr̄ hic ē: ut illud Persii: Pulchrū ē digito monstrari: & dicier hic est. Tua tecta centenis columnis. i. habes superbas ædes. Opes libertinas: an quod fuerit libertus: an opes ingentes nam libertos imperatorios supra cæteros mortales ditiss mos esse scri. Pli. superasseq; ciues ditissimos: ut Narcissum: Palātem: & Calistum. quod placet: unde Tacitus ad Senecā mex Nerōe Pudet referre libertinos: q̄ ditiores spectant̄. Opes libertinas. i. ingētes opes. Glebasyenes: syenes oppi. ægypti: quod fertile erat alibi poeta. Mitte tuas opes accipe nile rosas. Parma: oppi. galliæ cisalpinæ. Hoc quod tu. i. diues. Quod sum. s. poeta. Si tecū: uita apud martialē ut supra dictū ē accipit̄ p eo tpe: quo in uoluptate hōesta uersāur ne q̄ quisq; dī uiuere apud hūc poetā: nisi q relaxato

Menandri quatuor

Corynnæ duæ

tio molestioribus curis honeste uolupta[t]i uacat. Superbas inguines: stemmata. Gestatio lo/
Gesta tio cus ubi antiqui gestabantur. Virgo: aqua uir/ginis. Bonos soles idest bonos dies. Imputã/tur: idest ascribuntur tempori nostro: quod datũ erat ad uiuendum. Sedere: renouata lege thea/trali a Domitiano multi qui prius temeritate sua promiscue sedebant in plebeiam turbam retru/debantur: cum censum equestrem non haberent: nunc deridetur Mãneius qui ex ordine equestri deiectus in ultimum ordinem & uix sedens extre/ma parte sub sellii altero genu uidebantur stare cum altero sedere: tamen: adhuc iactabundus di/cebat se de sententia equitum sedere dimidium dimidia uero parte Lectio: magistro theatralis or/dinis iubente se stare. In primo gradu: decimo quarto. Tum. ante legem promulgatam. Oc/cupare: capere ordines promiscue. Transtulit castra: alludit ad equitem: idest discessit cum sole/ret sedere prius inter primos. Caput cuculo an quia eum pudebat & nolebat agnosci: an quia ue/lis theatralibus ipse non tegeretur ueste: tegeba/tur. Indecens: sine dignitate. Et se stare Le/ctio idest altera parte stare iussu lectii quasi hoc amare diceret in Lectium cui ex dimidia parte sa/tisfacere uolebat: risus est poetæ. Seria: cõque/ritur Martia. q cum multi delectentur eius car/minibus: nihil donent: & dissimulent se intellige/re quid petatis iocis intereaq omittat alias artes præsertim agendarum causarum unde multum posset lucrari. Amice mihi antiquus codex ha/bet non mihi: sed malo: quod placet ut dicat es cã damno meo. Seria: idest res grauiores. Quã/ti stet mihi: quanti mihi constet amor tuus meo/rum carminum: nã dum seruio tibi omitto alias
metreta res. Metreta: sunt qui putant metretam pro ge/nere uasis & cadi accipi: quo uerbo usus est Iuue/na. ut scilicet metretam accipiat pro amphora ui/naria: uel potius pro uino supra: Septenaria syn/thesis sagunti: sed fuerit absurdum accipi metre/tam pro genere sordidæ pecuniæ: ut illyria habe/bat nummos quosdam peculiares: quos appella/bat uictoriatos: afferebatq romam gratia com/mertii. Templa falciferi tonantis: idest Satur/ninam Saturnus numen reorum erat: in cuius templo seruabatur ærarium romanorũ propter ea poeta cum de reis loquit huius meminit: hoc magis placet q̃ si dicas defendere templa tonan/tis idest publicum fiscum tueri. Conuiua libel/lus: idest uix adhibebor in conuiuiis. Gratis si/ne prætio. Pagina: idest carmen quasi dicat si daretur non placeret. Alexis puer datus Virgi/lio a Mecœnate: munera erat Alexis: quæ mecœ/nas dederat Virgili. Dissimulas: simulas te non intelligere quid uelim: ut supra iam notus dissi/mulator eris. Facies me causidicum: idest co/ges me descendere ad causas agendas cum nihil des nihil enim dabis ut uideo: alibi Hæc legis & laudas quæ tibi fama perit. Dum proauos: de/ridet Gelliam quæ iactans nobilitatem suam con/temnebat equitem: negabatq se nupturam: nisi

Hæc essent loca semper: hi labores.
Nunc uiuit neuter sibi heu: bonusq:
Soles effugere atque abire sentit.
Qui nobis pereunt & imputantur.
Quisquam uiuere cum sciat: moratur?

De Manneio.

Sedere primo solitus in gradu semper:
Tunc cum licebat occupare Manneius:
Bis excitatus: terq: transtulit castra:
Et inter ipsas pene tertius sellas:
Post caiumq Luciumq consedit.
Illinc cucullo prospicit caput tectus.
Oculoq ludos spectat indecens uno:
Et hinc miser deiectus in uiam transit
Sub sellioq semifultus extremo:
Et male receptus altero genu iactat
Equiti sedere se Lectioq se stare.

Ad Cæsarem Do.

Quintus nostrorum liber ẽ Auguste iocorũ:
Et queritur læsus carmine nemo meo.
Gaudet honorato: sed multus: nomine lector
Cui uictura meo munere fama datur.
Quid tñ hæc possũt q̃uis uenerãtia mul: os?
Non prosunt sane: me tamen ista iuuant.

Ad Lectorem.

Seria cum possim: quid delectantia malim.
Scribere? tu causa es lector amice mihi.
Qui legis & tota cantas mea carmia Roma
Sed nescis quanti stet mihi talis amor:
Nam si falsiferi defendere templa tonantis.
Solicitisq uelim uendere uerba reis.
Plurim9 hispanas mitter mihi nauta metretas
Et fiet uario sordidus ære sinus.
Ad nunc cõuiua est commessatorq libellus:
Et tm̃ gratis pagina nostra placet.
Sed non hac ueteres contenti laude fuerũt
Cum nimium uati munus Alexis erat.
Belle inquis dixti: satis ẽ: laudabimur usq
Dissimulas? facies me puto causidicum.

In Gelliam.

Dũ proauos: atauosq: refers: & noĩa magna
Dũ tibi noster eques sordida conditio est

Lato clauo:lato clauo ueste utebantur & nobiliores & ditiores & qui ea ueste utebant latoclaui dicebāt. Tranquillus de Nerone:a lato clauo cuius uxorem attractauerat cæsus:idest tādem ut possit cōmiscere nupsit iudæo diuiti. Cophinus:græcæ & cista eodē uerbo dicunt:id iudæi in suppellectile habebant Iuuena. Cophinum fœnūq; suppellex. Iudæus ergo potest dici cistifer:quia secum ferat in suppellectile cophinū: qui & obsonia fuerunt mercede cistiferi sunt:uel aliud aliqd uendentes:deridet igit Poeta Gelliā q nupserit cistifero:cum putet se ditissimo nupsisse. Cistifer:cōmune uerbum est:& iudæo fortasse ditissimo & pauperi mercenario. Noster eques:sordida cōditio idest dum nondū placet eqs:& eum contēnis tanquā te inferiorem.

lato clauo

Cistifer

Dum te posse negas nisi lato Gelia clauo
Nubere:nupsisti Gelia cistifero.

Ad Quintianum.

Quod tibi decembri mēse:quo uolāt mappæ
Gracilesq; ligulæ cæreiq;:chartæq;:
Et acuta senibus testa cum damascenis:
Præter libellos uernulas nihil misi:
Fortasse auarus uidear:aut inhumanus.
Odi dolosas munerum:& malas artes.
Imitantur hamos dona:nāq; quis nescit
Auidum uorata decipi scarum musca?
Quotiens amico diuiti nihil donat.
O Quintiane liberalis est pauper.

Ad Cæsarem Do.

Si qua fides ueri præferri Maxime Cæsar
Temporibus possunt secula nulla tuis.
Qñ magis dignos licuit spectare triūphos?
Quādo palatini plus meruere Dei?
Pulchrior & maior quo sub duce martia roma,
Sub quo libertas principe tānta fuit?
Est tamen hoc uitiū:sed nō leue:sit licet unū:
Quod colit ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes ueteri fideq; sodali?
Aut quē prosequit non alienus eques?

Ad eundem.

Saturnalitiæ ligulam misisse selibræ:
Flammatæue togæ scrupula tota decem:
Luxuria est:tūidiq; uocāt hæc munera reges
Qui crepet aureolos forsitan unus erit:
Quatenus hi nō sunt:esto tu Cæsar amicus.
Nulla ducis uirtus dulcior esse potest.
Iamdudum tacito rides Germanice naso.
Vtile:quod non uis:do tibi consilium.

De Apollonio.

Quod:ad Quintianū cui ait se mittere in saturnalibus nō munera quæ mitti soleāt:sed uersus:quoniam ea munera quæ mittuntur a pauperibus diuitibus:sunt dolosa & plus petunt q afferant:se tamen debere uideri liberalē:nā cum pauper nihil donat est liberalis:q nihil petit. Vernulas:natos domi:mense decembri in saturnalibus. Ligula:erat genus gladii auctore Gellio a similitudine linguæ:& pro instrumento accipi potest:qd ad similitudinem linguæ cōflatum usui est ad aromata & condimenta tractanda:mittebat ligula in saturnalibus: ut in distichis apertum est. Cereus etiam mittebatur.in distichis:Hic tibi nocturnos pstabit cæreus ignes.

Ligula

Et chartæ mittebant:ut in distichis : Seu leuiter noto seu charo missa sodali:Omnis ista solet chartā uocare suos:& paulopost. Pruna damascena in distichis:pruna pegrinæ carie rugosa senectæ: Sume solent duri soluere uentris onus:damasc⁹ nobilis urbs syriæ prunis:& mixis nobilis i saturnalibus Domi. Sparsa pruna:Papi. Quos pia germinat Damascus. Senibus: rugosis.i. Scarus piscis optimus:solus ruminat.ut Pli. placet iecinore cōmendatur: ut in Vitellii patina cōmemorat Tranquillus scarorū iecinora. Si qua fides: instaurata urbe a Domi.& castigatis moribus Poeta cōqueritur unum tantum uitium residere: q diuites amici nihil debet pauperibus. Si qua fides auri:idest:si ueritati credendum est. Quando licuit:idest quando potuimus. Triumphos: an duplicem triumphum quem egit Domiti. de dacis: an pompas ludorū triumphos appellauit. Dei palatini:quādo magis meriti sunt de patria q tu Domi. quoniam expulsis delatorib⁹ uoluisti unicuiq; esse uitam liberam. Ingratas amicitias.i.ingratos amicos. Prosequitur:idest afficit muneribus. Eques non alienus:eqs non alienus a Martia.dicitur qui censu suo equestrē optinet dignitatem.ad differentiam equitis:qui cum equo stipendium faciat eques est sed alienus: nam in militiā alienā mercede pducit:In distichis:Fœlix cui comes est nō alienus eques. Illic plura dicemus. Eques non alienus:idest qui diuitiis eques est:

Damascus

Scarus

Eqs nō alienus

Saturnalitiæ:idem carpit hortans Domiti. ut cū alii nō dent:det ipse. Est luxuria.idest nimiū esse putant ciues romani. Reges tumidi. idest domini superbi. Selibræ:selibra media libra erat:qd pondus in muneribus saturnalitiis erat ↄstitutū: inde apud hunc Poetā reperies duas selibras tres libras. Scrupulū:genus pōderis. Flāmatæ togæ:hoc est si miseris togā Flāmatā decē scrupulorū. Flāmatæ rubræ:a colore flāmæ & rubræ uestes:eadē methaphora ardere dicunt:nā uestes purpureæ in saturnalibus mittebāt:alibi Cadmi municipes feras lacernas. Crepet:numeret:nā dū numerant. crepitū faciūt nūmi. Quatiqus.i.qñ. Esto amicus.i.dona ita appellat amicū Marti. Dulcior:liberalitate.

Selibra

Scrupulum

Quintum:Apollodorum rhetorem memoriæ infirmæ deridet:de quo alibi extat epigrãma:qui ne amicos quidem suo nomine salutabat:sed tandem cœperat recte salutare & appellare:Ait poeta hoc accidisse eius labore:quod scripserat.memoriæq; mãdauerat:multos fuisse Apollodoros supra est dictum Apollodoro gaudet imbrifer Nilus. Quintum:iocus est in nominibus Quintum & decimũ & Marcum crassum:ut ostendat eum infirmæ prorsus memoriæ:quũne his quidem nominibus seruetur.

Quintũ ꝓ decimo pro Crasso regule Macrũ.
Ante salutabat rhetor Apollonius.
Nunc utroq; suo resalutat nomine:quantum
Cura laborq; potest:scripsit:& edidicit.

In Paulum.

Mane domi nisi te merui uoluiq; uidere:
Sint mihi Paule tuæ longius exquiliæ
Sed tyburtinæ sum proximus accola pilæ:
Qua uidet antiquũ rustica flora Iouem.
Alta suburbani uincenda est semita Cliui:
Et nunquam sicco sordida saxa gradu:
Vixq; datur longas mulorũ uincere mãdras:
Quæq; trahi multo marmora fune uides.
Illud adhuc grauius qđ te post mille labores:
Paule negat lasso ianitor esse domi.
Exitus hinc operis uani togulæq; madentis:
Vix tanti Paulum mane uidere fuit.
Semper inhumanos habet officiosus amicos.
Rex:nisi dormieris:non potes esse meus.

Ad Bassum.

Hærbarum fueras indutus Basse colores:
Iura theatralis dum siluere loci:
Quæ postquã placidi cẽsoris cura renasci
Iussit:& Oceanum certior audit eques.
Non nisi uel cocco madida uel murice tincta

Mane domi:Conqueritur ꝙ post longæ uiæ labores non inueniat Paulum domi quem possit salutare: ante enim exierat q̃ uenerit Martia.inter cætera Poeta uota optat multis in locis somnum:alibi se reliquisse urbem:cum ibi non posset dormire scribit:Matutine cliens urbis mihi causa relictæ: ait ergo se non posse colere Paulũ:neq; eum dominum habere:nisi dormiat. Sint longius:adiu rantis est:id est nisi uolui te uidere. Tuæ æsquiliæ quarum interuallum mihi est molestum:sint etiam longius. Aesquiliæ:in quibus habites:non conqueror longitudine uiæ:sed quia sub eo multa discrimina. Pila tyburtina:locus in urbe erat ex lapidibũs tyburtinis : solet Poeta ab obscuris locis uel exiguiis domum tuam designare:ut alibi:Longum est si uelis ad pirum uenire. Iouem antiquũ an ueteris capitolini iouis uestigia:an de foro antiquo intelligit:an antiquum iouem dixit ut Papi.dixit ad differentiam Domitiani noui iouis:placet prima sententia:ex auctoritate Varronis est. Vincenda semita:id est oportet me superare cliuum suburbanum. Nunquam sicca:non contaminata luto. Mulorum:uix possum superare multitudinem mulorum.Iuuenalis. Stantis conuitia mandræ.Codex antiquus habet murorum.quod non placet ut mandras murorum intelligas saxa passim iacentia:quod insequens uersus uidetur probare. Trahi multo:eadem incõmoda commemorat Vmbritius apud Iuuenalẽ: Corruscat longe abies. Labores:post mille pericula superata. Madẽtis:pluuia Iuuenalis:Et multo stillaret penula nimbo. Vix tãti Paulum:sensus est:tot labores sum perpessus:cũ perueni domum tuam:ut etiam si te domi inuenirem id uix satis esset præmii laboribus:quasi dicat quãto grauius oportet esse ꝙ post tot labores te non inueniam. Officiosus:qui diligenter colit amicum. Tu non potes esse meus rex:id est nolo te dominum. Nisi dormieris:nisi mane domi quiescas: quasi dicat nolo dominum aliis seruire:quod alibi dixit:Qui rex est:regem posthume non habeat nam intelligo Paulum egressum fuisse mane ut alios salutaret.

Herbarum:in Bassum:qui reuocata lege de theatrali equitũ consessu a Domitiano:ut ipse quoq; eques uideretur:sumpsit lacernas purpureas:cum tamen non haberet censum equestrem ait Poeta equitẽ nullum existimari propter lacernas:cum nullæ lacernæ ualeant quadringenta:quasi dicat:non uestes requiri ad iustum equitẽ:sed censum quadringentorũ sestertiorũ.Nam si uestibus dignitas equestris esset cõcedenda:Cordus quem supra appellauit principem penulatorũ eques esset:cum tamen non habeat cẽsum equestrem:ita utrunq; subsanat. Herbarum:eodem ferme argumẽto dictum est supra in Pasidem:Illas purpureas & arrogantes iussit surgere Lectius lucernas. Colores hærbarum:an uirides colores dicit:uestibus enim uiridibus nonnulli utebantur:quod testatur Papi.in Glausia liberto Melioris:cũ de eius uestibus loquitur.Nunc hærbas imitare sinu:an quod magis placet ad differentiam purpuræ : quæ tingitur sanguine muricis & coccinæ.quæ cocco pomo fruticis deniq; & aliarum uestium prec osarum.nam ꝑciores uestes aliis medicaminibus uiliores hærbarum succis inficiebantur. Iura.xiiii.gradus. Siluere.erant abrogata. Quæ.iura equestris ordinis. Renasci.reuocari in usum.nam reuocauit legem Othonis Iuuenalis.Exeat inquit Si pudor est.& de puluino surgat equestri.cuius legi non sufficit. Oceanum.præfectum.subselliorum & magistrum ordinis equestris. Certior eques.non plebe immixta.

Dare uerba:decipere Oceanum. Sic uestibus istis. Cordus:quẽ supra dixit principẽ penulatoꝶ. Hermes:Hermetẽ gladiatorẽ laudat eruditũ oium genere armoꝶ:quẽ in oi pte certaminis bene uersantẽ ait solũ eẽ oia & ter unũ alludẽs ad Hermetẽ Termegistũ:quẽ græci ter maximũ dixerũt Lactantio auctore: nã id significat termegistus a uarietate disciplinarũ. Termegistus Martia uoluptas.i.armoꝶ uoluptas. Oibus armis .i.oi genere pugnæ. Magister:lauista magister gladiatoꝶ. Turba:pturbatio. Sui ludi.i.suæ disciplinæ & suoꝶ gladiatoꝶ. Elius:gladiator & uictor alioꝶ. Cadit:uincit. Aduolans:gladiator. Hermes supposititius .i.q solus sibiipsi succedit:cũ alii aliis sessis soleant succedere. Locarioꝶ:an locarii dicũt illi q locãt foros ad spectandũ:ut dicat Hermetẽ diuitias esse locarioꝶ:cum multi confluant ad eum spectaculũ:conductis locis a locatoribus:an locarios eos dicit qui ad ludos instituendos instrumẽta aliqua locare solent:uel locarioꝶ diuitiæ qui diligit ab iis q ludis delectant:ut sequit de mulieribus:qđ magis placet. Locarii Ludiæ:dicunt uxores gladiatoꝶ:& amicæ:de Hippia Iuue. Quid uidit pp quod ludia dici sustinuit. Ludiæ Cura & labor ludiarum uel amat a ludis hoc est a mulieribus:q̃ gladiatoribus delectant:Iuue. Ferrũ est qđ amant uel ludias accepit hoc loco psalterias & id genus mulierũ quæ in theatra procedũt. Superbus hasta:& hasta pugnat.Hermes. Tridente æquoreo.i.fuscinamã gladiatores q retiarii dicebant utebant fuscina tridente neptũni aduersus gladiatorem galeatũ quẽ Mirmilonem appellabãt:in cuius galea erat piscis:id genus certaminis inuenit prim⁹ Pithacus aduersus Phrinonẽ. Casside timendus.i. bonus mirmillo & optimus retiarius. Ter unus. idest Hermes:aliter. Termegistus idest ter maximus:alludit cũ nomine Hermetis q dicebat Termegistos. Quadringẽta:eodem ferme argumẽto supra est epigrãma:Prætorẽ pauper. C.sestertia Gaurus: Conqueritur enim de pmulgata lege theatrali ordine a Domitiano nõnullos qui equites olim erãt iminuto censu:nunc ita excitari de cõsensu equestri:ut nemo sit:qui cõmoueatur:& tantum donec:quantũ deest ad iustum cẽsum:cũ tamẽ aurigis:multa darent:quod supra etiam cõquestus. Quod nõ das equiti uis dare ptor æquo. Ait ergo neminem ita laudatũ iri:neq; fore carmine suo imortalem. Cherestratus:paup eques: hi duo uersus sunt amici monentis: ut surgat cũ nõ sit eques ueniente Lectio:ut illud Iuue. Exeat inquit si pudor est. Quadringenta nõ sunt.i. nõ hẽs censum equestrẽ. Surge:ex decimoquarto gradu. Sta fuge curre:uoces amicoꝶ sunt psequentiũ Cherestratũ:consternatũ. Ecquis:uerba Mar. conquerentis. Reuocat donatũ cẽsum equestri. Io uox blãdientis. Quem:idest quis est q uelit celebrari carmine nostro. Qui nõ uult adire locus:hoc est qui nõ uult omnino mori ut non celebret carmine nõo ob eius in aliquẽ liberalitatem. Nymbo rubo:uase illo fundente crocũ mixtum uino. Scorpus:auriga:de quo supra scis inquit Scorpo Thalioq; daturum:& alibi:cũ sermo fabulæq; lassæ de Scorpo fuerint & Incitato:& alibi. Cũ Scorpus unus.xv.graues horas feruentis auri uictor afferat saccos:Quod ait nasum:uis hoc dictum esse per contemptum a Poeta:ut eũ notauerit a scorpis deformitate:quoniam scilicet Scorpus habuerit per grandem nasum. Is cum uellet imaginem dicere dixerit:tu das hæc:ut eius nasus eiusq; imago splendeat ubiq; per urbẽ. Aureus:placet magis intelligas de habitu oris quo utebant:nã oris indumentum fulgebat in auriga. Silius.de auriga Cinyphio rector radiabat frõte pe loro Camphasus. Frustra:ut supra dixit male diuitis a cæ.q.d. dantur diuitiæ:ut his utamur ad liberalitatem:sed tu cum non des frustra sunt datæ. Dissimulator:est ut supra dictum est:qui cum ab eo aliquid petitur simulans:se non intelligere non mouetur.

Veste nites:& te sic dare uerba putas.
Quadringentoꝶ nullæ sunt Basse lacernæ:
Aut meus ante oẽs Cordus haberet equũ.

De Hermete.

Hermes martia sæculi uoluptas:
Hermes omnibus eruditus armis:
Hermes & gladiator & magister
Hermes turba sui tremorq; ludi:
Hermes quem timet Elius sed unum:
Hermes cui cadit aduolans sed uni.
Hermes uincere:nec ferire doctus:
Hermes suppositius sibi ipsi:
Hermes diuitiæ locariorum:
Hermes cura:laborq; ludiarum:
Hermes belligera superbus hasta:
Hermes æquoreo minax tridente.
Hermes Casside languida timẽdus:
Hermes gloria martis uniuersi:
Hermes omnia solus.& ter unus.

De Cherestrato.

Quadringẽta tibi nõ sũt Cherestrate:surge
Lectius ecce uenit:sta:fuge:curre:late.
Ecquis io reuocat discendentẽq; reducit:
Ecquis io largas pandit amicus opes?
Quẽ chartis famæq; dam⁹ ppliq; loquẽdũ.
Qui stygios nõ uult totus adire lacus.
Hoc rogo nõ melius:q̃ rubro pulpita nimbo
Spargere:& effuso per maduisse croco.
Quã nõ sensuro dare quadringenta caballo:
Aureus ut Scorpi nasus ubiq; micet.
O frustra locuples:o dissimulator amice

Quæ fama:idest qualis fama. Perit tibi: uel le/
gis hæc & laudes mea carmina. Sed tibi hæc fama
perit:idest non das aliquid:& hanc formã negli/
gis:alibi Facies me puto causidicum.quia scilicet
nihil dabis. Quod alpha iratus est odorus: q de
eo supra dixit alpha penulatorũ:si inqt Poeta ira
tus es Codre potes ulcisci:nam appella me Betã
togatorũ.i.secũdũ:nam.b.est secunda littera solet
uocari ex ordine litterarum & carminis nõnunq̃
ut supra:Si tibi missyl.coquus æmiliane uocat.
Ingenium:in equitem pauperemq ex lege nu/
per renata cũ diceret ex ordine eq̃stri: quoniã cẽ/
su caret et conquerebatq cum esset eques inge/
nio moribus:studio genere eiiceret:Mar. respon
det eũ qdẽ esse equitem illis dotibus:sed in reliqs
hoc est in censu haberi plebeium:q cũ ipse intel/
ligit non debet tanti facere cõsensum equestrem
ut sedeat illic & ueniente Oceano palleat timore:
ne detrudet. Cætera in censu es plebeius. Bis/
septena.i.xiiii.gradus. Modo sum tanti tibi.i.nõ
tanti facienda a te. Vt bene:in Mamercum male
dicum:cui cum nemo placeat & in oẽs inuehatur
aliquis fortasse putauerit esse maledicum & mali
gnum:sed Poeta ait eũ cui nemo placeat miserũ
debere uideri:& non malignum Mamercum.n.
proprium est osci matrem Mamercum appellãt.
Curii:pii fuere. Nerue quieti:Poeta tribuit cui
q familiæ suam proprietatem. Si quãdo: ex uul
gari opinione auctore Pli.putabãt cum q edisset
carnes leporinas septem diebus formosiorem fie
ri & uideri.Gellia hoc dicebat Martia.cum mitte
ret leporem ipsa deformis erat.ait Poeta.Nũquã
Gellia edisti leporem:adeo deformis es. Varro:
in saturnalibus mittit carmina Varroni: ita enim
codices habent:quem in grandiore carmine uer
santem rogat:ut si relaxare animum cupit nõ le/
gat potius aut Catullum:aut elegiacos numeros
q uersus suos:nisi forte malit nucibus ludere q̃ le
gere ineptum carmen. Inficienda non respuen/
de. Cothurno sophocleo: idest a stillo tragico
quoniã in eo stilo claruit Sophocles. Calabra ly
ra:idest enniana:alii oratianam intelligunt: cum
Orat.ipse ait duobus fines incoluisse:& non pla/
ne dignosci an calaber sit an apulus. Scæna Ca
tulli facundi:idest amœna & plena uoluptatis le/
ctio. Fumoso decembri.i.saturnalibus. Suo mẽ
se:idest apte mittuntur in saturnalibus.Ora. Age
libertate decembri. Aspice:spectaculum tauro:ũ
pugnantium insidentibus pueris ei proximũ ui/
detur:qd' thessoli equites in theatro auctore Trã/
quillo: Domantes feros tauros:quibus insidiebãt
indeq desilientes cornibus deducebant ad terrã:
sed hic de pueris epigrãma est. Placidis iuuen
cis:mansuetis. Sua pondera:idest pueros insidẽ
tes. In toto boue:idest per omnẽ partem bouis.
Harena:theatrum. Tutior:pueris magis fallere
uestigia puerorum.i.facilius laberentur per hare
nam q̃ cum tauris insidunt. Est securus.i. nõ est
sollicit⁹ neq anxius de futura uictoria: sed pecus

Hæc legis & laudas:quæ tibi fama perit?

Ad Codrum.

Quo alpha dixi codre penulatorum
Te nuper aliqua cum iocarer charta:
Si forte bilem mouit hic tibi uersus:
Dicas licebit beta me togatorum.

In Fictum equitem.

Ingenium:studiumq tibi moresq genusq:
Sunt eqtis (fateor) cætera plæbis habes.
Bissepțena tibi non sunt subsellia tanti:
Vt sedeas uiso pallidus Oceano.

In Mamercum.

Vt bene loquatur sentiatq Mamercus
Efficere nullis aule moribus possis:
Pietate fratres Curios licet uincat:
Quiete Neruas:comitate Drusones:
Probitate Marcos:æquitate Mauricos:
Oratione Regulos:iocis Paulos.
Rubiginosis cuncta dentibus rodit.
Hominem malignum forsan eẽ tu credas:
Ego esse miserum credo:cui:placet nemo.

Ad Gelliam.

Si quando leporẽ mittis mihi Gellia dicis:
Formosus septem Marce diebus eris
Si non derides:si uerum lux mea narras:
Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Ad Varonem.

Varro sophoclæo non inficiande cothurno
Nec minus in calabra suscipiende lyra.
Differ opus:nec te facundi scæna Catulli
Detineat:cul:is aut elegia comis.
Sed leges fumoso nõ aspernanda decembri
Carmina:mittuntur quæ tibi mense suo.
Cõmodius nisi forte tibi:potiusq uidetur
Saturnalitias perdere Varro nuces.

De Ludo puerorũ cum iuuencis.

Aspice q̃ placidis insultet turba iuuencis:
Et sua q̃ facilis pondera Taurus amet.
Cornib⁹ hic pẽdet sũmis:uagus ille p armos:
Currit & in toto uentillat arma boue.
Ad feritas immota riget:non esset arena.
Tutior:& possent fallere plana magis
Nec trepidãt gressus:sed de discrimine palmæ

Securus puer est:sollicitumq; pecus.

De Crispo.

Quadrantē Crispus tabulis Faustine supmis
Non dedit uxori:cui dedit ergo?sibi.

In Causidicum.

Carpere causidicus fert̄ mea carmina:quis sit
Nescio:si sciero:uæ tibi Causidice.

De Herotionte puella.

Hāc tibi Frōto pater genitrix Flacilla puellā
Oscula commendo deliciasq; meas.
Pallida nec nigras horrescat Herotiū umbras
Oraq; tartarei prodigiosa canis.
Impletura fuit sexte modo frigora brumæ:
Vixisset totidem ni minus illa dies.
Inter tam ueteres ludat lasciua patronos:
Et nomen blæso garriat ore meum.
Mollia nec rigidus cespes tegat ossa:nec illi
Terra grauis fueris:non fuit illa tibi.

De Euclide.

Cum sibi redire de patruelibus fundis
Ducentia:clamat coccinatus Euclides.
Corinthioq; plura de suburbano:
Longūq; pulchra stemma repetit a leda:
Et suscitanti Lectio reluctatur:
Equiti superbo:nobili:locupleti:
Cecidit repente magna de sinu clauis:
Nunquam Fabulle nequior fuit clauis.

Ad Faustinum.

Laudatus nostro quidam Faustine libello
Dissimulat:quasi nil debeat:imposuit.

De Herotionte puella.

Puella senibus dulcior mihi Cygnis:
Agna Gallesi mollior Phalantini:
Concha lucrini delicatior stagni:
Cui nec lapillos præferas Erythreos:
Nec modo politum pecudis indicæ dentē
Niuesq; primas:liliumq; non tactum:
Quæ crine uincit bætici gregis uellus
Rheniq; nodos:aureamq; nitellam
Fragrauit ore quod rosarium Pæsti:
Quod atticarum prima mella cærārum:
Quod succinorum rapta de manu gleba
Cui comparatus indecens erat pauo.

Quadrantem:Crispus luxū omnia perdiderat:
moriens nihil reliquit uxori:ait Poeta non eē mi/
randū:si nihil dederit uxori: qm̄ omnia sibi idest
suo uentri dederat. Supmis tabulis.i. testamen/
to. Sibi.i.uentri suo dederit. Hanc:amisit Hero/
tiontē puellā natā domi ex suis mortuā proseqt
hoc epigrāmate alloquens Frōtonē & Flacillā pa/
rentes suos:quibus umbrā puellæ cōmēdat: nam
illi iam erant extincti. Herotiō a suauitate amo/ Heros
ris nomen finxit Mar.nā heros herotos significat
amorē. Ora prodigiosa. Cerberi tricipitis. Fu/
it ipletura.i.ipleuisset. Frigora sexte brumæ:sex/
tū annū Patronos:Flacillā & Frontonē qui ei fūt
ueteres patroni. Garriat:pueriliter exprimat.
Ore blæso:balbutiēti. Illa:puella nō fuit tibi gra
uis quia cum calcabat te leuissia adhuc erat pu/
ella. Cum sibi:Euclidē græcū deridet: qui ut se/
deret gradu.xiiii.mentiebat & diuitias: & genus:
sed dū cōtēderet cum Lectio:qui eum excitabat e
xiiii.gradu defluxit repente clauis ex sinu:nā ost
carebat familia:Euclides ipse sibi famulus erat &
ianitor:unde deprehensum est ab omnibus eum
mentiri. Patruelibus:patre peloponesi oppidū
hic indiderat nomen a patria fundis. Corinthio
suburbano.i.ex agro corintho in suburbio. Le/
da pulchra:idest dicebat se ducere gen9 a Leda la
cæna. Suscitanti eū surgere cogenti. Nūquā fu
it nequior:quæ eo tpe indicauerat dominum ca/
rere familia:cum diuitias iactabat. Puella:in pæ
tū qui lugentē Mar.mortē Herotionis accusabat:
monebatq; eum debere esse forti animo suo exē
plo:qui q̄uis uxorem locupletem amisisset:tamē
non lugebat.Nihil inquit Poeta fortius est nostro
Pæto:qui q̄uis.cc.sestertia morte uxoris tetigerit
tamē uiuit:neq; angit ppea hoc ironice dictū ē &
per cauillū:ostendit.n.Mar.eū nō lugere:q a læte
tur potius uxoris morte ob magnā hæreditatē: q̄
doleat. Puella:Herotion. Cygnis senib9:iā mo
rituris:tūc enim optime canūt. Vel senibus.i.ca
nis ppter candorem:nā hoc epitethon est perpe/
tuum apud hunc Poetā. Galesi phalentini.i.tarē
tini maris erythræi rubri maris.i. margaritas qui
Ruffus erat in speciem auri:quo colore oues bæ/
ticæ habent lanā. Nitella:erat mica pulueris au/ Nitella
ri inter harenas:hoc uerbo usus est Soli. in colle/
ctaneis dicas puellam uicisse colorem harenæ rhe
ni crinibus:quæ harena est aurifera.Si legis:mitel
la exemplo Vir.Graia redimita mitella: dices pu/
ellam superasse dignitatē crinium germanorum:
qui torti sunt ut supra:Crinibus in nodū torti ue
nere sicābri.& mitela aurea tegunt:Iuue Reticu
lumq; comis auratū ingentibus implet.Placet ut
intelligas nodos theni c ncinos & capillos germa
nop: & nitelam aureā micantē i harænis. Fragra
uit:redoluit. Atticarū cærarū: idest mel hymetiū.
Gleba succino:p.i.electri:quia fragrat cū frangit
electrū. Sciurus:animal est magnitudine gliris
pillo sub russo:cauda totum corpus tegens: unde sciurus
suū nomen accepit nam σκια umbrā significat
& οὐρα caudā:nā cauda umbram sibi facit. Erat
frequens:idest ita ultis erantut multæ Pœnices cœnt.

Et tamen uiuo:hic sensus placet:ut intelligas.Pætum amissa uxore locuplete simulasse luctum:cum tñ
lætaret:& lusum esse hoc uerbo apud Marti.quasi accusantẽ eum:q lugeret cum ipse uiuat amissa uxore.
Ducenties sestertia:& tñ uiuit:alludit ad hoc uerbum uiuo:quod supra dixerat.Pætus simulans dolorẽ
morte coniugis. Calliodorus:cõtendebat Calliodorus sibi esse oportere locũ in equestri ordine cũ hĩet
quadringenta:Poeta ait hunc quidẽ hĩe quadringenta:sed hĩe & fratrem diuisum igĩ censum non satis
esse duobus eqtibus:cõsuluit præterea ut si equitis locũ uult retinere imitet Castorem & pollucẽ:ut.s.al/
ternis diebus sedeat cum fratre:non posse enim
ambos eodem tpe sedere tanq̃ equites. Cẽsum
equestrem:idest quadringenta.σῦκα μέριζε: pro
uerbium:græcum tractum a fratribus diuidenti/
bus bona,qui eo usq minima quæq diuidi postu
lant:ut ficorum partem diuidi uelint:non potest
igĩ inquit Poeta:qui fratrem habet uideri solus
habere totũ cẽsum:cum frater noto illo uerbo uti
soleat in diuidendis bonis σῦκα μέριζε:idest di/
uide ficos.Alii codices hñt ita ἴσα καὶ μέριζε .i. æq
portione diuide quod placet. Quid dicit ille fra/
ter:q dicit σῦκα μέριζε.i.diuide ficos:multo ma
gis petet diuisionẽ quadringentoꝝ. Pollux pu/
gil:castor domitor equoꝝ:fuit hoc alter pugil:al
ter equestri certamine pugnabat.Bis hoc repetitũ
est ab Homero uno uersu:& a nostris Poetis uer/
sum in latinã uocem.Ponit igĩ hoc modo Mart.
Pollucem pro fratre Castorem pro equite. Mo/
lesto:scilicet tuæ dignitati. Tu eras castor:idest
tu potuisses haberi eques. Si nõ esset pollux:hoc
est si nõ haberes fratrem. Solœcismũ facis unus
enim sedetis:solœcismus est:quia dici latine non
potest unus sedetis:in quo urbaniter iocaĩ. Læ/
dæ Castorem & Pollucem:qui inuicem succedũt
ita facias tu Calliodore sedentis alternis diebus:
hoc simplicius est q̃ si acerbitatem dicti imiscue/
ris.ut itelligat Poeta Calliodorum oportere mo
ri & descendere ad inferos:aut certe fratrem idẽ
facere:si alteruter uult esse eqs:ut alter alteri suc/
cedat:ut inuicem succedunt Castor & pollux.
Supremas.captauerat hæreditatẽ Carini Mart.
a quo ut scriberet hæres misit sæpenumero liba
eo præsertim tpe:quo conderet testamentum:qđ
tricies uno anno iam fecerat: nunc tussi uidebaĩ
moriturus ut scilicet mitterẽtur iterum munera
Mar.ait se nihil habere amplius quod mittat:q si
uelit habere placentas condat semel testamentũ:
non totiens idest moriaĩ. Placentas madias:un/
ctas. Hyblæis thymis:idest melle siculo. Signã/
ti supremas tabulas:idest testamentum. Defeci:
Irus idest exhaustus sum:quia non habeo amplius qđ
Arneus mittam. Miserere inopiæ meæ:idest morere tan
dem. Irus:notus ex carmine Ho.in odyssea hinc
olim Arneus dicebaĩ:postea dictus est irus a gar/
Cresus rulitate mendicandi:nam εἴρειν græce latine ẽ lo/
qui eum Binominẽ appellauit Oui. Fortuna Bi/
nomis iri.Pro ceri quidem corporis & ignaui hũc
Cõchis fuisse Homerus testaĩ Plura ĩ ibin diximus.
Crœsus:rex lidiæ ditissimus:cuius diuitias cũ
alii multi exponunt:tum Herodo.in primis. Co
messes:idest comedisses toties conchen uilis pre/
tii cibum:quoties placentas & liba:quæ prætiosa
sunt. Conchis:faba uiridis:de qua in distichis Si
spumet rubra conchis:tibi pallida testa : Lautorũ
cœnis sæpe negare potes.Ita puto legendũ apud
Iuuenalem:Cuius conche tumes.

Inamabilis sciurus & frequens phœnix
Adhuc recenti tepet Herotion busto.
(Quam pessimorum lex auara fatorum)
Sextam peregit hyemem:nec tamen totã:
Nostros amores:gaudiumq:lususq:
Et esse tristem me meus uetat Pætus:
pectusq pulsans:pariter & comam uellẽs:
Deflere non te Vernulæ pudet mortem?
Ego coniugem inquit extuli:& tamẽ uiuo
Notam:superbam:nobilem:locupletem.
Quid esse nostro fortius potest Pæto?
Ducenties accepit:& tamen uiuit.

In Calliodorum.

Calliodorus habet cẽsum:qs nescit?eq̃strem.
Sexte:sed & fratrem Calliodorus habet.
Quadringenta secat qui dicit σῦκα μέριζε,
Vno credis equo posse sedere duos?
Quid cũ fratre tibi:quid cũ Polluce molesto
Non esset Pollux si tibi:Castor eras.
Vnus cum firis:duo Calliodore sedetis.
Surge:solœcismum Calliodore facis.
Aut imitare genus Lædæ:cum fratre sedere
Non potes alternis calliodore sede.

In Carinum.

Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas Carine misi
Hyblæis madidas thymis placentas
Defeci:miserere iam Carinæ:
Signa rarius:aut semel fac illud.
Mentitur tua quod subinde tussis:
Excussi loculosq:sacculumq:
Crœso diuitior licet fuissem:
Iro pauperior forem Carinæ:
Si conchem toties meam comesses.

Ad Arthemidorum.

Pinxisti Venerẽ:colis Arthemidore Mineruã
Et miraris:opus displicuisse tuum.

Spadone.in Didimum spadoně.hic ptědebat sibi locũdeberi in equitũ consensu.diuitias autem cõparar
uerat ducta uxore.quã alii subagitabãt.diuitem fuisse alibi testať poeta.Plus habuit didimus.Plus philo/
melus habet.spadoně.ité si non foret spado Didimus & coresus.Poeta ait se iã habere exploratũ Didimũ
nõ posse sedere inter maritos.an inter eqtes possit se uisurũ.per quod ostendit eum nimiũ arrogãter po
scere locũ inter equites cum sedere nõ possit inter maritos spado & castratus. Loqueris theatra .i. supbo
ore usurpas sermoně de theatro. Gradus.ordinem sedendi. Edicta.ad hoc potissimũ retulit. quod edi/
xit Domi.ne quis in.xiiii.gradu sederet nisi equi/
tes. Trabeas:rubras uestes. Idus:dies festos nã
idus festos Iouis noie antiqias sanxit. auctor est
Mac.in satur.qđ ẽt intellexit Poeta:cũ supra dixit
Idibus & raris sumpta est tibi toga calendis. Fi/ Fibula
bulæ:indumenta erãt histrionum: quibus uirilia
tegebanť:hic p uestibus theatralibus.Placet legas
fabulas.i.actiones scænicas. Census:redditus tã/
quã esses dign⁹ eques. Fluxo spadone:an fluxo p
pprio nomine accepit:an spadoně fluxũ itelligit Flúxus
eũ qui mollis spado sit:Fluxi enim molles dicunť
a luxu uel a fluundo. Euiratior: effœminatior.
Concubino celænæo:idest Athi.phrygio puero Celene
cybelles. Cælæneo:celæne oppidũ phrygiæ. Pa.
Nosset & illustres satyro pendẽte celænæ. Gal/
lus:sacerdos castratus. Entheæ:matris cybelles:q̃
sacerdotes in furoré uertebat:nã in sacris sacerdo
tes cybeles ululatu requirebãt Athin:quẽ olĩ Cy/
bele amauerat.Enthei aũt dicunť Deo pleni:idest Enthe⁹
furentes Papi. Musam enthean appellauit licet
enthea uati.Exuperet piplea sitim. Videbo:cogi
tabo an possis sedere inter equites:nã inter mari/
tos non potes.quoniã es spado:erat enĩ ordo ma
ritoꝝ in theatro ab Augusto olim constitutus qđ
Trãquil.scribit:unde & Poeta ex hoc iocatur.
Callidus:notum argumentũ: ex his uerbis lau/
dat munificentiã:& eas opes ppetuo seruari affir
mat quæ amicis:danť cum oes aliæ diuitiæ incer/
tis fortunæ casibus eripi possint. Debitor:apud
quẽ habueritis pecunias:& qui debet tibi. Extra
fortunã:extra casus fortunæ. Quæsiuit acumẽ ex
his duobus uerbis dare & hřemã qđ das nõ uide
ris habere & tũ habes:ut ait Poeta quod das ami/
cis: Thais:duæ meretrices habebãt dentes: alte/
ra nigros:altera cãdidos.s. Lecania. emptis enim
utebať:ut cãdidos haberet.q.d.si Lecania hřet su
os:nigros hřet etiam ipsa. Quid factum:in Den
tonem:qui cum paulo ãte soleret captare cœnam
Mar.q̃uis parua esset & frugi:nunc & ditioribus ĩ
petrata cœna Mar.aspernabať:ait poeta:q̃uis Dẽ
to aspernet meã cœnã:tamen non deposuit:illud
studium mensæ captãdæ: sed hoc agit ritu canis:
qui pinguiores & unctiores culinas solet semper
sequi. Sed nec respicis me:& fugis me sequen
tem. Conclauibus: nã couclaue cœnationem
significat.ut Cicero docet cœnationibus. Sic ẽs
ut cogito. Ad ossa. permanet in trãslatione ca/
nis spreneris etiã ab illis. Dicis.Bassa.tribas erat.
& fututor.ut poetæ uerbo utamur:quod supra di
xit.Esse uidebaris(fateor)Lucretia nob. At ut (p
facimus)Bassa fututor eras.cum sit puella inquit Poeta
Ma.Quare dicit se puellã.quia non est:est.n.futu
tor.nã quãuis uera dicere uideať cum dicit se Pu
ellam.dicit id quod non est.quia non puella ẽ.sed
fututor.& se uirum agit sæpe cum sit fœmina.

In Didimum.

Spadone cum sis euiratior fluxo:
Et concubino mollior cælenæo:
Quẽ sectus ululat matris entheæ gallus:
Theatra loqueris:& gradus:& edicta.
Trabeasq;:& idus:fibulasq;:censusq;:
Et pumicata pauperes manu monstras:
Sedere in equitum liceat an tibi scannis:
Videbo Didime:nõ licet maritorum.

Amicis esse donandum.

Callidus effracta nummos fur auferet arca:
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor usuram pariter:sortemq; negabit:
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica:
Mercibus extructas obruet unda rates.
Extra fortunam est qcqd donatur amicis.
Quas dederis solas semper habebis opes.

De Thaide & Lecania.

Thais habet nigros:niueos Lecania dentes:
Quæ rõ est?emptos hæc habet:illa suos.

In Dentonem.

Quid factum est rogo quid repente factum?
Ad cœnam mihi Dento quod uocanti
(Quis credat)quater ausus es negare.
Sed nec respicis:& fugis sequẽtem:
Quẽ thermis modo quærere & theatris
Et conclauibus omnibus solebas:
Sic est:captus es unctiore cœna:
Et maior rapuit canem culinã.
Iam te:sed cito:cognitum & relictum
Cum fastidierit popina diues:
Antiquæ uenies ad ossa cœnæ.

In Bassam.

Dicis formosam:dicis te Bassa puellam:
Istud quod non est:dicere Bassa solet.

Ad Diadumenum.

Basia dum nolo:nisi quæ luctantia carpsi:

Basia: inuitum & recusantem Diadumenū osculabaꝰ: & præcibus nōnūq̄ impetrabat osculum: dicit se hoc agere de industria: nam ita assequiꝰ oscula & puer non amat Martia: ut aliquid possit postulare tāquā ei amicus. Cedo: uincor a te. Nec timeas me: ut nō recuses oscula mea. Nec ames: nec sis amicus: & ꝓpterea exigas aliqd: nā si amares tanquā amicus semper aliqd exigeres. Nunquā: Philo iurat se nunquā domi cœnasse: qd uerū ē: q̄a nō cœnat qñ non est uocatus ab aliis. q. d. nō est qd semp inuiteꝰ: ita ut nunq̄ possit domi cœnare sed qñ cœna abstinet: qñ nō est uocatus. Quid nō: de eadē re supra est epigrāma: Hos tibi Phœbe uouet. Illic puer uouerat se dicaturū crines Phœbo: cū primū Aulus pudens ad primipilarē dignitatē peruenire: tūc creatus est primipilaris: puer dānatus uoti tondit crines Aulo nō prohibente: sed tñ dolente. Quid nō cogit amor: Virgilii imitatio. Sic cessit habenis .i. dedit currū. Quæstus: cōquestus de Phaetōte.

Hylas: talis raptus: an retulit hoc ad id qd Her. monuerat: ne iret aq̄tū: sed cū ille peteret ab amore cessit: an intelligit cū raptus fuit ab Her. (nā pater Thiodamas in bellum aduersus Herculē: q eius boues necauerat: Hylam filium sequentem monuit: ut domi maneret) ipso id postulante pater cessit: unde raptus est ab Her. uictoreq ea ī pugna fuit uulneratꝰ: usus. n. ope Deyaniræ uxoris auctores sunt Sophocles in trachiniis: & iterpres Apollonii in argonauticis: Probus dixit tñ hylā Thiodamantis filiū fuisse: reliqua historia omissa & Prop. hylā Thiodamanteū appellauit a patre.

Hylas

Thiodamas

Deprēsus Achiles: Achiles latuit apud Lycomedē ne accederet ad Troiā nota hystoria nec enodaꝰ. Breuibus capillis: q. s. sit ꝑpea grandis: nam grandiores & exoleti breuiores habent crines.

Pro tanto munere: quanto prosecutus est. Vidissem: deridet Labienum: q caluam duobus in locis capillis fultam & opertam habebat: reliqua area nuda: & cū unum est caput tria uiderentur: monet ut uitet porticū Philippi: ubi pictus ē Her. nā si eū uiderit putabit gerionē: qui tricorpor dꝰ fuisse: & eū necabit. Caluæ: tui capitis. Longa area: spatio. Prandia: Domitianus in saturna. auctor Trāquil. equitibus & senatoribus panaria distribuit: Obsonia plebi sportellis. Panarium: auctore Var. loculus diciꝰ in quo panis seruaꝰ. Hanc historiā canens Papinius ait: Hi panaria candidasq̄ mappas Subuectant epulasq̄ lautiores. Philippi Martii. Philippus qui temporibus Augusti condidit ædem. Hercules: quemadmodum. L. Cornificius ædem dianæ: huius ædis meminit ē Oui. in fastis extremi operis uersibus: & Tranquil. in Aug. Peristi: nam te necabit putans Gerionem.

Panarium

Cœno domi. Protinus statim. Petis me trāsfigere ferro: auget eam gulam. Sine teste nō inuito. Improbius: insatiabilius. Det uerba tibi .i. decipiat te dicens me non cœnare domi cum tñ cœnem: iocus est ex elocutione Dare uerba: nam quis uideaꝰ significare suppeditare uerba: significat decipere: idē supra. Cui nihil ipse dabas hic tibi uerba dedit. Hic quirin Pontilianum: cuius mores agrestes & inhumanitatem accusat: q nunq̄ resalutat: infra dicit: Sæpe salutaris nunq̄ prior ipse salutas: Sic erit æternum Pontiliane uale.

Et placet ita mihi plus tua: q̄ facies.
Vt te sæpe rogem cedo Diadumene sæpe
Cōsequor hoc: ut me nec timeas nec ames.

De Pholone.

Nunq̄ se cœnasse domi Philo iurat & hoc est
Non cœnat: quotiens nemo uocauit eū.

De Encolpo.

Quid non cogit amor? secuit nolēte capillos
Encolpus domino: nec prohibente tamē:
Permisit: fleuitq̄ Pudens: sic cessit habenis
Audaci questus de Phætonte pater.
Talis raptus Hylas: talis deprensus Achiles
Deposuit gaudens matre dolente comas.
Sed tu nec ꝓpera: breuibꝰ nec crede capillis:
Tardaq̄ pro tanto munere barba ueni.

Ad Labienum.

Vidissem modo forte cum sedentem
Solum te Labiene: tres putaui:
Caluæ me numerus tuæ fefellit.
Sunt illinc tibi: sunt & hinc capilli:
Quales nec puerum decere possint:
Nudum est in medio caput: nec ullus
In longa pilus area notatur.
Hic error tibi profuit decembri
Tunc cum prandia misit imperator:
Cum Panariolis tribus redisti.
Talem Gerionem fuisse credo:
Vites censeo porticum Philippi.
Si te uiderit Hercules: peristi.

In Charopinum.

Cœno domi quotiēs nisi te Charopine uocaui
Protinus ingentes sunt inimicitiæ.
Meq̄ petis stricto medium trāsfigere ferro:
Si nostrum sine te scis caluisse focum:
Nec semel ergo mihi furtum fecisse licebit:
Improbius nihil est hac Charopine gula:
De fine iā nostrā (precor) obseruare culinā.
Atq̄ aliquādo meꝰ det tibi uerba coquus.

Ad Ruffum.

Hic qui libellis per graũem gerit leuam:
Notariorum quem premit chorus leuis:
Qui codicillis hinc & inde prolatis
Epistolisq; commodat grauem uultum
Similis Catoni: Tullioq;: Crutoq;:
Exprimere Ruffe fidiculæ licet cogant
Aue latinum καιρε non poteſt græcum.
Si fingere me iſtud putas: ſalutemus.

In Poſthumum.

Quæ mihi p̄ſtiteris memini ſemperq; tenebo
Cur igitur taceo Poſthume: tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre:
Protinus exclamat: dixerat ipſe mihi
Non belle quædam faciunt duo: ſufficit unus
Huic operi: ſi uis ut loquar: ipſe tace.
Crede mihi quis ingenia Poſthume dones.
Autoris pereunt garrulitate ſui.

Ad Baſſum.

Colchida qd ſcribis: qd ſcribit amice Thyeſté
Quid tibi uel Niobe Baſſe uel ádrõache.
Materia é (mihi crede) tuis aptiſſima chartis
Deucalion: uel: ſi nõ placet hic: Phaeton.

De Rhetore.

Extemporalis factus eſt meus Rhetor.
Calphurnium non ſcripſit: & ſalutauit.



De Aquila.

Dic mihi quẽ portes uolucrũ regina? tonãté.
Nulla manu quare fulmina geſtat? amat.
Quo calet igne Deus? pueri: cur mitis aperto

Leuam: ſiniſtram. Libelli: libelli erant ſcripta quæ mittebant principi ad aliquid ĩpetrãdũ & libelli erãt ſcripta iudiciaria. Eſchines Demoſtenẽ ita incedentẽ cũ eiuſmodi libellis deridet ea oĩne q̃ inſcribit de falſa legatione. Premit: obſidet undiq;. Grauẽ uultũ .i. ſuperciliũ. Fidiculæ dñt tormenta a fide .i. chorda: qua uinciebantur qui erãt in q̃ſtione. Quæ in Poſthumum: qui collata Martiali munera apud oẽs prædicabat: ait Poeta ſilere: nõ ob ingratitudinẽ: ſed q̃a iſta commemoratio beneficii non poteſt cõmode a duobus fieri ab altero: & bñficiorũ gratiã tali exprobratiõe perire. Tenebo: in memoria. Ipſe .i. poſthumus. Dixerat mihi: tibi p̄ſtitiſſe hæc bñficia. Si uis ut loquar: te dediſſe mihi bñficia. Pereunt: amittunt gratiã. Colchina ĩ Baſſum: q̃ cũ male ſcriberet: & malũ faceret poema ſumpſerat tragicã materiã: & ſcribebat fabulam Medeæ Thieſte Niobes uerſæ ĩ ſaxũ. Andromaches uxoris Hectoris: cõſulit poeta ut ſumat potius Deucaliõis materiã uel Phaetontis alludẽs ad incẽdiũ: & per iocũ oſtẽdẽs eius poemata digna eſſe aut aqua: aut incendio. Cholchida fabulã Medeæ. Thyeſtẽ. Deucaliõ: tpe diluuii fuit: & ponit eũ p diluuio: nã ineptũ carmẽ ſæpenũero dicit aq̃s dignũ. alibi: Nõ. aliter mitti debuit iſte liber: alibi: Vis puto cũ libro Marce natare tuo. Extemporalis. in Appolloniũ. q̃ quoſcũq; ſalutaret ſcribebat ob ĩbecillitatẽ mẽoriæ. de quo ſupra Quintum pro decimo: nunc utrunq; ſuo ſalutat nomine. Scripſit & edidit: & nũc aũt ſalutauit Calphurnium recto nomine: miratur ui ingenii Mar. irriſiõe: Mirandum inquit eſt: Appollonius factus eſt extẽporalis. Extemporales oratores reſpondebant proinde ac ſi eſſent meditati: præceptum extat Quin. de oratione extẽporali paranda. Dic mihi: In aquilã pictam ioue inſidente: quem ipſa hianti roſtro reſpiciebat. O regina .i. o aquila quæ es regina uolucrum. Tonãtẽ: uerbum aquilæ: alibi eiuſdem meminit. Cui. Notat figurare tempora ſua Mar. nam cũ bonis artibus nõ ſit locus cõſulit Lupo ut tradat filium erudiendum: aut citharœdus: aut choraulis: At ſi uidet duri ingenii faciat eum aut preconẽ aut architectũ. Nihil ſit illi .i. nihil habeat cõe. Rutilium: illum intelligo qui tantæ æſtimationis apud Romanos fuit: ut eius opus ædificiorũ iuſſerit ĩ ſenatu recitari Aug. Architectũ architecti magiſtri ædificiorũ dicunt: neq; ars cõtemnenda eſt: ſed hoc (ut puto) inuidioſe dixit poeta cum Domit. ad inſtauranda ædificia plurimum impenderet: & propterea architecti in p̄cio eſſent poetis contemptis. Cum uoco. Cinna cum uocabatur a Martiale. dominus: putabat id fieri dignitate ſua & merito: at Mar. quoties aliquid uolebat ab aliquo impetrare. eum dominum & regem appellabat: inquit igitur nõ appello te dominum q̃ eo nomine ſis dignus: ſed ut impetrem aliquid: quod etiam facio in meo ſeruo: cum uolo aliquid ab eo blandiendo impetrare. Placere tibi .i. noli te efferre: Regẽ

Libelli
fidicula
Rutili9
Architectus

& dominum appellabant aliquid captantes: Ita alibi ait se appellasse priscũ sperás aliq̃d quũ nõ nosset: eum auarum. Cras: In posthumum qui eam uitam quam supra scripsit Mar. differe/ bat: eodem argumento supra est epigráma. Sera nimis uita est crastina: uiue hodie. Victurũ cras.i. discessurum a curis: & daturũ operá hõeste uoluptati. Quáti possent emi.q.d. facile posset
Trisati nea cõparari abs te. Quod non. Vasa fictilia ante ar geuti & auri usum in precio erant. nec usq̃ qua q̃ repudiata sunt inuentis uasis aureis & argen
Patine Cumãe teis nã patientia fictilis pmansit mensæ: uñ tripatinea est dictũ ut Fenestella. Id auté erat una patina murenarum. altera luporum: tertia missionis piscis: & Vitellius.cc. sestertiis patiná parasse dr fornace extructa I cápis. Rhegine & cumanæ patinæ pstáriores erát reliq̃s: nũc Mar. misit Stellæ patiná fictilem: & causam ostédit quare neq̃ aurũ neq̃ argentũ miserit: qd ét supra dixerat Odi dolosa munera & malas artes. Do plus: ego inq̃t Mar. tibi plus dedi Stella quod fictile uas nisi q̃ si misissem aut argentum aut aurũ: nã si ea accepisses coactus esses ratõe gratitudinis paria: aut maiora mittere nunc cum patinam fictilem accepetis exigui pcii: eris liber onere remittendi aliquid. Tua causa propter te. Exoneratus: liberatus onere remittendi. Allatres. In maledicũ cuius nomen negat se carmine unquã indicaturũ. Licet ille perpetua maledicẽtia eum lacessat: uult.n. eum perire ignotum & miserum hoc cõuenit in Mamercum: de quo supra est epigramma. Vt bene loquatur sentiatq̃ mamercus. Gánitibus.i. maledictis: Lucretius: Gannitu uocis adulter. Iuue. trahens uerbum de uoce uulpis: Appulla gánit sicut in amplexu. Est mihi certũ .i. constitutũ est mihi. Pernegare nunq̃ concedere. Fuisse: te uixisse: q̃a nihil distat a morte silentiũ uitæ: ut Háni. apud Siliũ: Quantũ etenim distant a morte silentia uitæ. Ignotus non notꝰ carmine meo. Qui uelit rodere tuá pellé caninam.i.q̃ te ulciscat maledictis. Vngues: pstat ĩ metaphora. Scabie: ab isto tuo pruritu iurgioꝝ & rixaꝝ. Crispulus: Marianũ iprudétiæ accusat q̃ putat quendá iuuené mollé & crispulum pcuratoré esse uxoris cũ sit adulter. Crispulus.i. iste comatus. Premit sellá.i. ĩcũbit sellæ uxoris nam mulieres sella uehebãt: Mar. ĩter fœmineas tota q̃ luce cathedras Desidet Hora. Discipulaꝝ ĩter iubeo plorare cathedras. Iuue. de muliere: Cõducit comites sellá caruical amicas Currit: fluit.

Violata nullo pilo.i. expilata. Certi dr̃r fi/
Certus deles: certi ité q̃ supcilio grauitatem tuentur: certi prætereaq̃ quos nulla rõ rei geréde fallit: ut certũ sagitatoré dicemus dirigenté sagittá ĩ signũ & ita accepit hoc loco Mar. Chius aufidius duo fuerũt aufidii iter alios: Ar aufidius Luscus: q̃ ex decuria scribaꝝ factus é ptor. alter fuit mœchus notissimus: de quo Iuu. Notior aufido mœchus notissimus celebrare solebas: quod taceo: & de hoc eodé loq̃ Mar. ĩ hũc sensum Aufidius chius mœchus notissimꝰ nõ eét pcurator aptior

Respicis ore Iouem: de Ganymede loquor.

Ad Lupum.

Cui tradas lupe filium magistrum
Quæris solicitus: diuq̃ rogas,
Omnes grammaticosq̃: rhethoresq̃:
Deuites: moneo: nihil sit illi
Cum libris Ciceronis: aut Maronis,
Famæ Rutilium suæ relinquat,
Si uersus facit abdices Poetam,
Artes discere uult pecuniosas:
Fac discat citharœdus: aut choraules,
Si dum puer ingeni uidetur,
Præconem facias: uel architectum.

Ad Cinnam.

Cum uoco te dominũ: noli tibi Cina placere:
Sæpe etiam seruum sic resaluto meum.

Ad Posthumum.

Cras te uicturũ: cras dicis posthume semper:
Dic mihi cras istud posthume qñ uenit?
Quá lõge cras istud ubi est: aut unde petedũ?
Nunquid apud Parthos: Armeniosq̃ latet?
Iam cras istud habet Priami uel Nestoris ánnos:
Cras istud quanti dic mihi posset emi?
Cras uiues: hodie iá uiuere posthume serũ est:
Ille sapit quisquis posthume uixit heri.

Ad Stellam.

Quod non argentũ q̃ nõ tibi misimus aurũ.
Hoc facimus causa Stella diserte tua.
Quisq̃s magna dedit: uoluit sibi magna réitti
Fictilibus nostris exoneratus eris.

Ad Detractorem.

Allatres licet usq̃ nos & usq̃.
Et gannitibus improbis lacessas.
Certum est hanc tibi pernegare famam:
Olim quam petis in meis libellis.
Qualiscunq̃ legaris ut per orbem.
Nam te cur aliquis sciat fuisse?
Ignotus pereas miser necesse est:
Non deerunt tamen hac in urbe forsan:
Vnus: uel duo: tresue: quatuorue:
Pellem rodere qui uelint caninam:
Nos hac a scabie tenemus ungues.

In Marianum.

boc

hoc:neq; maiorē seueritatē pse ferret q̄ pferat iste tuus crispulus o Mariane: ut p hoc oñdat crispulū esse mœchū:ut Aufidius fuit. Procuratore: grauitatē pcuratoriā. Alapis latini nā latinus pulsando Pāniculū risum mouebat ut supra. Quāto nō ipse latinus Vilia pāniculi pcutit ora sono. Successurū: panniculo pulsatū iri a latio:ut moueat risum & sis morio. Res.tuas agit.i.res mariti qa ē mœchꝰ tuæ uxoris risus ē ex tuersa elocutōe nā agere res ē negocia obire:ut Marianus accipiebat crispulū agere res uxoris. Agere itē res alteriꝰ ē ptes sustinere & locū subire ut Mar. accipit mœcū agere res mariti. Iure tuo. Cōsumpta supellectile ī hortis freq̄nti hospitio ppōit hoc carmē ualuis hortoꝝ quo hospitē uētuꝝ mōet si uelit ī hortis pnoctare: afferat suppellectilē:qm̄ ea quā oli habebat.iā ē atrita. at si lqt uti uolueris parcus hospitiū cōi sūptu:ego emi hortos tu affer suppellectilē. Licet mācas:potes mānere. In nudo solo .i.ī hūo sine suppellectile. Digitum:q̄d ē qd' dicit mea suppellex sustulit digitū hospitibꝰ nōnulli signū libertatis somniāt ut dicat mea suppellex sustulit digitū hospitibꝰ.i.liberata ē ab hospitibꝰ qa uidicatus ī libertatē mos sit tollēdi digiti: at hoc ñ placet illd potiꝰ sentio qd' tractū ē a ueteri auctore nā cū res uēdebāť:& alienabāť q emebat declarās se uictorē emptiōis tollebat digitū: sit ergo sensus mea suppellex sustulit digitū hospitibꝰ.i.hospites totā meā suppellectilē absumpserūt tāq̄ suā: nā si dixeris hic liber sustulit digitū. Titio:hoc ē facit ut Titiꝰ tolleret digitū p se: idē ē ac si diceres hic liber ē empꝰ Titio auctores Ci.& pōpeius. Culcitra nec inānis:nā culcitræ referciebāť tomēto:Poeta ait sibi ñ mō eē plenā sed ne uacuā qdē. Fascia putris:hoc dicit pp lectū q añ fascia aut reste solebat substētari:ut porphyrio eo loco ubi ait Ora. Tēta cubilia.& Ci.refert ad cōlectorē quēdā somniasse se onustū pōdere & fascia lecti sui cubiculatis. Iacet:demissa ē ad terrā. Tñ cū nulla sit suppellex & habeo hortos. Cōe.i.cōi sumptu parcus hospitiū. Instrue:para suppellectilē. Quid:Deridet Pōticū:cuiꝰ libros nōnūquā laudabat assentādo:cū tñ aliť sentiret qd' iocādo declarat. Sētis: iudicas. Admiror:Assentator. Regulus:cuiꝰ Pli. mēinit ī epistolis. Immo tibi sic bñ faciat Cæsar.q nō bñ sentio:nā Immo tibi:sūt uerba Mar. auertētis adiurationē. Sextātes:Reuocat aīum in uoluptatē & q̄si nup ī spexisset ī cāpo martio Pyrāmides.uocat Calistū & Alcymū pueros suos:uinū & algētes aquas īfundere iubet q̄si daturus operā uoluptati. Papi.dixit Iunge puer cyatos:& enūerare labora:tñ iubet afferri unguētū & rosas.qa oio īstituerit adire ad releuationē & uoluptatē: cū p mausolea sepulchra Impatoꝝ:q nup īspexit non mō cognouerit ipsos mortales extigui sed ēt ipsos Impatores q uolūt dii appellari. Supra ē hortatus amicū ī hūc sensum: Sera uita nimis ē crastina:uiue hodie. Alcimꝰ puer quē supra extictū dixit & sepultū ī labicana uia:nūc note cōtlet. Estiuas niues qbꝰ calda refrigerabāť:ut supra & Iu. Frigidior geticis petiť decocta pruinis: uinū colabāť. Nimio amomo:unguēto. Rosis subtilibus: duo gñā corōaꝝ:aliæ pactiles aliæ sutiles dicebāť. Sutiles corōæ fiebāt ex foliis primū rosaꝝ:demū iolescēte luxu ex folio nardi. Has corōas. noīauit Mar.i cēa plēa uoluptatis qm̄ sutilibus corōis tm̄ utebanť ad sacra saliaꝝ & solēnes cœnas. Rosaria corōa in tāto iudicio uoluptatis erat:ut cū Fuluiꝰ.

Sustulit digitū

Coronę pactiles Sutiles

Crispulus iste quis est uxori semp adhæret.

Qui Mariane tuæ: crispulus iste quis est
Nescio quid domine tenerā qui garrit ī aurē:
Et sellam cubito dexteriore premit.
Per cuius digitos currit leuis annulus omnes
Crura gerit nullo qui uiolata pilo.
Nil mihi respōdes: uxoris res agit inquis
Iste mea: sane certus & asper homo est:
Procuratorem uultu qui præferat ipso.
Acrior hoc chius non erit Aufidius:
O quam dignus eras alapis Mariane latini.
Te successurum credo ego panniculo.
Res uxoris agit: res nullas Crispulus iste.
Res non uxoris: res agit iste tuas.

Ad Hospites.

Iure tuo nr̄is maneas licet Hospes in hortis:
Si potes in nudo ponere membra solo.
Aut si portatur tecum tibi magna supellex
Nam mea iam digitum sustulit hospitibus
Nulla tegit fractos nec inanis culcitra lectos:
Putris & abrupta fascia reste iacet.
Sit tamen hospitium nobis cōmune duobus
Emi hortos plus est: instrue tu: minus est.

Ad Ponticum.

Quid sentis inquis de nostris Marce libellis
Sic me solicitus Pontice sæpe rogas.
Admiror: stupeo: nihil est perfectius illis:
Ipse tuo cedet Regulus ingenio.
Hoc sentis inquis: faciat tibi sic bene Cæsar:
Sic Capitolinus Iuppiter: immo tibi.

Ad Suos ministros.

Sextantes Calliste duos infunde falerni:
Tu super æstiuas Alcime funde niues:
Pinguescat nimio madidꝰ mihi crinis amomo:
Lassenturq; rosis tempora sutilibus.
Iam uicina iubent nos uiuere mausolea
Cum doceant ipsos posse perire Deos.

Ad Cæsarem.

Mausoleo argētari⁹ secūdo bello pūico conspectus eēt e pgula spectare I foꝝ coronatus rosacea corōa ī carcerē fu du ctus. Mausolea tā uicia:q a Mausolea tūt i catia eē solebāt auctore huius opis Arthemesia uxore Mausoli nūc āt erāt ēt in cāpo martio.nā Trāql.auctore Augu.alterū uolumē reꝝ suaꝝ uoluit tabula ænea descri bi añ mausoleū:& Stra.de eodē i sūmo positū ē Cæsaris Augusti simulacrū ex ære fabricatū:sub aggerē ipso sūt ei⁹ loculi:& cognatorū & necessarioꝝ hoc igiẽ docebat deos posse pire:q a illic erāt Dei.i.ipator cū familia sepultus. Viuere:dare operā hōestæ uoluptati. Iā uicina q̄ sūt ī cāpo martio. Deos.i.ipatores:i q dei uolunt uideri. Astra: Laudat spectaculū editū crocodilloꝝ:q Dōi.crocodillū dederit i harēa ut scri. Poeta:nōdū cōperi:illud historia hēt Augustū dedisse crocodillū i spectaculo & auctor ē Stra. in ult io crocodillos allatos romā i spectaculū pbuisse uoluptatē tentiritis hoibus.i.q tētirā isulā ægypti incolunt feras isectātib⁹ nā ut colaẽ ī ægypto crocodillus ab oibus soli tentiritæ & oderūt & psequūẽ & i hoc spectaculo fides ē habēda Mar. de Dōi. Apte cōparat deificationē Herculis deificationi futuræ Dōi.qm̄ appellabaẽ Hercules maior.

Cerōa castigatū.i.palestritā antæū subactū. Lybicæ palestræ:ātæi lybici. Erix Erix:fili⁹ ueneris & Butæ:q necabat hospites occisus ab Hercule. Cac⁹ Cacus fili⁹ Vulcāi iterfect⁹ ab Hercule. Nec rectas:per caudā. Quota ps.q.d.mima ps ē tuoꝝ laboꝝ interficere hæc mōstra i theatro tuo. Quot grauiora mōstra:nā Dōi.multas feras cōficiebat i albāo: sed hæc puto referri ad spectaculū & Carpophoꝝ quē supra ita laudauit. Tua hasta:Carpophori.

Pugna triplex q a Gerion tricorpor & trib⁹ gñeribus teloꝝ utebaẽ. Licet.i.suo arbitrio cōmoueret antiq ias hydra cū maiores sint crocodilli. Feris niliacis:q d facit q̄ ex pte pōt cōparari hydra crocodillis. Sæpe salutaris. Distichon ē in eū de quo supra dixit:Libellis pgrauē gerit leuā:ls ē pōtiliāus q nunq̄ resalutabat:agrestē āt hoiem & iurbanū hoc disticho eludit. Vale:est uerbū salutātis Vale ī discessu. Vale Vale æternū pontificale est uerbū quo eternū in mortuos utebāẽ.Id Euāder i palantē usurpauit apud Vir. Ancipiti igiẽ uerbo iocaẽ poeta:& quasi uideaẽ recusare se salutatuꝝ amplius Pontilianū ait tu eris uale æternū:cū tñ itelligat tu mihi eris mortuus:nā ut dixius uale æternū dicebaẽ ī mortuū. Sic:hoc pacto cū nūq̄ salutes. Erit uale æternū.i.apud me taq̄ mortuus eris. Hibernos:Hirundines ex nido domestico euolātes unā illic reliq̄rūt reuersæ prio uere lacerarūt eā q̄ remanserat: hoc cū dōi⁹ Mar.accideret:edidit poeta epigrāma:& ait debuit q dē lacerari hirūdo.sed tūc cū filiū Itym discerpsit:nā Progne q̄ hirūdo ē facta si credimus fabulis.Itym filiū Thereo patri ī mēsam apposuit Ex fabula locās epigrāma cōficit. Atthides hirundines a pgne q̄ athenięsis fuit. Nefas:scelus q̄ remāserat. Suæ uolucres.eiusdē gñris aues hirūdines. Profugā hirūdinē. Mi progne. Arctoa:plebeiæ & ī pudicæ mulieres flauos crines gestebāt pudicæ nigros Iu.cū mulierē ītroducit cupiētē celare īdiciū pudicitiæ.& nigrū flauo crinē abscōdēre galero Mar.ipudicæ Lesbiæ misit comā germanicā ob hoc īqt misi ut scires quāto magis tui crīes sint flaui. Comā crīes. Scires:cognosceres. Magis flaua:cōa germāica ut oñdat īpudicitiā:uel certe dicit Lesbie crīes eē magis flauos germāicis.ut oñdat eē cōmētitios qbus dū Lesbia simitudinē germāicoꝝ æmulaẽ:& nimiū affectat reddidit eos adeo flauos:ut iā palā eēt eē cōmētitios & nō ueros. Antōi:in gratiā Cicerōis exit epigrāma:dānato Antonio cuius scelere Ci.fuerat iterfect⁹ os & caput rōanū nō ē iqt Mar.q speres silētiū tuis scelerib⁹ Antōi.nā & si Ciceronē sustulisti q tua accusabat scelera tñ oēs miserētes illi⁹ necē icipient in te loq p uno Cicerōe. Obiectare nihil.i.q nihil potes exprobare. Photino:ægyptio:q Pōpeiū interemit

Astra poluq̄ dedit:quāuis obstante nouerca
 Alcide nemeæ terror & arcas aper:
Et castigatū lybicæ ceroma palestræ:
 Et grauis in siculo puluere fusus Erix:
Siluarūq̄ tremor:tacita qui fraude solebat
 Ducere nec rectas Cacus in antra boues:
Ista tuæ Cæsar quota pars spectaẽ Arenæ:
 Dat maiora nouus prælia mane dies.
Q̄d grauiora cadūt nemeæo pōdera mōstro
 Quot tua Mænalios collocat hasta sues?
Reddaẽ si pugna triplex pastoris hiberi:
 Est tibi qui possit uincere Gerionem.
Sæpe licet graiæ numereẽ bellua lernæ
 Improba niliacis quid facit hydra feris?
Pro meritis cælum tantis Auguste dederunt
 Alcide cito dii:sed tibi sero dabunt.

In Pontilianum.

Sæpe salutatus nunquā prior ipse salutas:
 Sic erit æternum Pontiliane uale.

De Hirundine.

Hibernos peterēt solio cum more recessus
 Atthides:in nidis una remāsit auis.
Deprehēdere nefas ad tempora uerna reuersæ
 Et profugā uolucres diripuere suæ.
Sero dedit pœnas discerpi noxia mater
 Debuerat:sed tunc cū lacerauit Itym.

Ad Lesbiam.

Arctoa de gente comam tibi Lesbia misi.
 Vt scires quāto sit tua flaua magis.

In.M.Antonium.

Antoni phario nil obiecture Photino.
 Et leuius tabula q̄ Cicerone nocens

interemit.tu enim es sceleratior. Romana ora.i.in Cicerone lingua rõanaiuñ supradixit Hoc tibi roma caput cũ loquereris erat. Tabula pscriptõe:nã una cũ Lepido & octauio multos pscripsit & min⁹ sceleris admisit:q̃ in uno Cicerõe quẽ ĩtermit. Catilina:dãnatus a Cicerõe cons.cõiuratiõis hoc nõ admisisset Catelina:q̃uis hostis Cicerõis. Impius miles:Põpilius lenas picenus defensus in cã capitis pcussor Ciceronis. Auro infando auro scelerato. Vna uox Cicerõis. Tibi.i.ĩ tuã gratiã Silẽtia pciosa:pcio cõparata a te. Loq in te pro Cicerone:Cice.in te iuectus est editis philippicis nunc oẽs accusabunt.

Pompilius Lenas

Quid gladiũ demẽs Romana stringis in ora?
Hoc admisisset nec Catilina nefas.
Impius infando miles corrumpitur auro:
Et tantis opibus uox tacet una tibi:
Quid pro sunt sacræ pciosa silentia linguæ?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.

De Syrisco.

Infusum sibi nuper a patrono:
Plenum maxime centies Syriscus
In sellariolis uagus popinis
Circa balnea quattuor peregit.
O quanta est gula centies comesse:
Quanto maior adhuc nec accubare.

Ad Faustinum.

Húida qua gelidas submittit Trebula ualles
Et uiridis:cancri mensibus:alget ager.
Rura Cleonæo nunquam temerata leone:
Et domus Eolio semper amica noto.
Te Faustine uocat.longas his exige messes
Collib us:hibernum iam tibi Tybur erit.

De Origine Bacchi.

Qui potuit Bacchi matrem dixisse tonantẽ:
Ille potest Semelen dicere Ruffe patrem.

Ad Theodorum.

Non donem tibi cur meos libellos.
Oranti toties:& exigenti:
Miraris Theodore? magna causa est:
Dones tu mihi ne tuos libellos.

De Pompeio & filiis.

Infusum Syriscus p multoꝝ annorum industriã centies sestertia ab eo a quo fuerat manũ iussis compilauerat.Is uagus & errabũdus inter fugitiuos caupões nautas:ut Iuue.ait totã rem absumpsit:nunquã discũbẽs una mensa:adeo ut nũc ne uolens qdẽ posset discumbere:cũ pciũ cœne nõ haberet: magna inquit Poeta luxuria est comesse centies sestertia sed maior adhuc nõ discumbere cuius uerbi ambiguitate ita luditinam cũ uideaẽ dicere maior est luxuria nõ discũbere qa Syriscus uagus totũ centies cõsumpserit nusq̃ discũbens. Ipse itelligit maior luxuria est nõ accubare:qd ita centies cõsumpserit:ut amplius nõ possit accubare. Syrisc⁹ nomen ductũ a syro.Poetæ p syros seruos intelligũt ut Vir.syriscã seruã. Quãto maior adhuc nec accubare:potes simpliciter intelligere ut dicas magna ẽ gula comesse cẽties sed lõge maior q̃ nusq̃ accubãdo aut discũbẽdo Syriscus cẽties cõsumpserit Vagus p popĩas sellariolas:sellaria dñr loca domestica ad sedendũ tñ parata:Pli.Sellaria domus aureæ Neronis & qdẽ loca ad libidinem & segnitiẽ Trãq.l.in Tyberio: Recessu uero caprensi sellariũ.excogitauit sedẽ arcanaꝝ libidinum popinæ sellariolæ dñr in qbus desidẽt homines ignaui ad libidinem & luxũ:Salariolis nõ placet rõne syllabæ:nã primã corripit. Infusum.datũ a patrono. Quattuor balnea que ãt balnea itelligat licet conijcere fuisse Nerõiana Grili Titi Agrippæ quãto maior gula est cõsumpsisse ita centies ut nusq̃ accubaret. Humida:Vocat Faustinũ in agrũ trebulanum in campania: ubi tantã aeris temperiẽ esse dicit:ut si eã senserit sit existimaturus Tybur esse domicilium hybernum calidum cum tamen frigidissimum habeatur æstate. Leone cleonæo .i.augusto mense quo sol est in Leone. Cleonæo cleone opp.peloponensi in uia q̃ agro corinthum ducit pulchris mœnibus Inde Home.cleonas excellere mænibus canit ibi Hercules leonẽ interẽit qui in cœlo esse fertur uñ cleonæus dr:idem dicit nemæus:nam nemea est iuxta Cleõas in qua Argiui nemæa sacra peragebant:de quibus carmina extant Pyndari Scri.Stra.meminit iginius. Trebula opp.i cãpanea nõ pcul a baiis. Alget:friger. Cancri mẽsibus: iulio. Exige:exple. Messes longas idest longam æstatem. Iam:postq̃ senseris trebulanum cælum. Hybernum tibur idest tuiam frigidam existimabis Trebulam ut existimes tibur domicilium hybernum:idest utendum hyeme. Qui potuit:In Poetam(ut puto)qui in fabula Bacchi nati dixit Iouem esse matrem Bacchi quoniam in maturo tempore natum intra femora fouisset:hunc Mar.deridet hic inquit qui rem sibi lepidam uideẽ dixisse appellando iouem matrem Bacchi:iam poterit dicere Semelen patrem. Non donem.in Theodorum cui ait suon mittere suos libel los:ne ille suos inconditos & ineptos mittat. Exigenti postulanti. Ne dones tu mihi:tuos.s.libellos ineptos.Alibi malum Poetam indicat in domus incendio. Pompeios:in gratiam & laudem pompeiorum:quorum gloriam tantam fuisse scribit.ut non potuerint uno loco cadere.sed debuerint a tribus partibus orbis sepeliri Cneus magni filius occubuit in hispania ad mundam partem europæ.Sextus in asia ad miletum.Cneus pater in egypto sepultus ad Cassum montem hic tamen non est in Africa:sed Poeta est abusus finibus orbis:ut integro satisfaceret acumini.

Sellaria
Popina
Selariola
Selario le
Popine
Cleone
Nemea

Asia:milletũ opp. Asiæ. Tegit Sextũ. Auropa: munda hispaniæ opp. tegit Cneũ. F. Si tñ ulla tegit: qa Põpeius dictus est eẽ insepultus uel ex eo disticho: Marmoreo in tumulo Licin⁹ iacet at Cato paruo põ peius nullo: An Argutius Mar. loq̃ᶧ ut hoc referat ad imensam Põpei gloriã & dicat eũ non tegi. i. eius famã nõ posse celari. Tanta ruina: trium pompeorum. Quæ legis: Iuliã legẽ i adulteros reuocauit Do mi. de q̃ alibi Poeta. iulia lex populis ex quo Faustine renata e. Quĩ. q añ legẽ ꝓmulgatam erat adulter adulterã duxit uxorẽ ueritus suppliciũ legis legitima uxor dr̃ que iure & ritu nuptiali nupsit & legitĩa a lege dr̃ hoc uerbo cauillaᶧ Poeta: aitq; alii, appel lãt uxorẽ legitimam q̃ ritu nupsit & iure. Tu tuã potes legitimã appellare q̃a nupsit tibi cã legis Iu liæ erat. n. tibi mœcha. Profecit: Mitridates rex põ ti sanguine anatis põticæ imixto q̃busdã medica mentis remediũ aduersus uenenũ sumebat: aucto re Læneo Põpeio quẽadmodum scri. Gellius adeo ut cũ nõnũq̃ sumeret uenenũ ĩter epulas nulla ex pte læderetᶧ. Immo & eiusdẽ gñis remedio nomẽ dedit: ut appelleᶧ mithridaticũ. locaᶧ: i Cinnã poe ta male cenãtẽ: quẽadmodũ i q̃t Mithridates sum pto sanguine anatis põticæ q̃ uenenis uescif para uit sibi corp⁹ tutũ aduersus uenenũ: Ita & tẽui cœ na paras remediũ aduersus famẽ: nã assuefacis te esuritiõi: ita ut postea esuritio nõ possit tibi noceᶧ profecit: Affecut⁹ ẽ poto ueneno. Cauisti: ꝓuidisti. Narraᶧ: ꝓuerbiũ erat apđ antiquos ut is q̃ loq̃ nõ posset diceretᶧ oleũ ore gestare eodẽ q̃dã usus ẽ i Marullũ uolẽtẽ neminẽ audire sed i uerso: ut dixe rit Marullũ nõ gestare oleũ ore: sed aurib⁹ q̃a nũq̃ uellet alios audire: sed sp loq. Si tristi Ad Tora niũ alterũ eiusdẽ noĩs Magonẽ hoc ẽ uẽditorẽ ꝑue rorũ fuisse & Pli. i. yii. natu. histo. scri. & Trãq. i octa uio hũc iultat ad tenuẽ cœnã q̃ ĩfra quoq; descri. ad socios. Laboras: anxius es. Domicœnio no uũ ẽ uerbũ a poeta cõpositũ ex dõi & cœno. i. cœ na dõestica. Esurire: nõ uesci: sed leuiter gustare.

Domice nium

Cappadocæ: lactucæ erãt quẽadmodũ aliæ pur pureæ crispe græcæ: de his Columella: Cappado caq; ꝓmit ferali mẽso lupcus. si soles. i. si tibi mos ẽ ᵽ porr ıνειν. i. ꝓgustare añ cœnã. Viles: at uiliores sũt q̃ peierides dñr. Eãdem cœnam alibi describit & inchoat a lactucis hoc uersu Attulit & uarias q̃s habet hortus opes: in quibus est lactuca sedens: & sectile porrum: infra est epigramma.

GEO. Si tristi domicœnio laboras Torãi potes esurire mecũ nõ deerũt tibi sessiles ꝓpinque uiles cappadoces: nõ de cibo ꝓpinare dr̃. sed de potu ꝓ terea q̃s uidit unq̃ herbas ꝓpinari: & i pricipio cœ næ sed affectator iste uerbi noui cõmẽticiũ sensũ attulit. Nam ubi legebatur. non deerunt tibi sessiles ꝓpinquæ soles fecit nouam commẽtus diuisionem tũ uero dictionẽ latinã a græcã denunciauit & .n. lectio uera hæc est Sessiles ꝓpinquæ & est adiectiuum lactucarum. quẽadmodũ uiles cappadocũ & erit sensus aderunt cappadoces uiles hoc est abundantes ut Vir. Vilẽq; phasellũ: & ꝓpinquæ sessilles hoc est quæ nobis ubiq; se offerant q̃re simplex & apta erit expo sitio: si de sessilli lactuca intellexerimus cuius & idem Poeta mentionẽ alibi facit & Vir. in priapeis. Si ue ro dictionem græcam interposuerimus ineptum & sub obscurum sensum faciemus.

DO. Graues porri: grauis concoctionis ut scri. Dioscorides. Cibium hoc erat genus cibi ex cibio pisce genere pulmenti salsi cibum autem Pli. scri. esse pelamidem concisam & ouis & ruta. infra Mar. in hunc sensum: Secta coronabunt rutatos oua lacertos. & madidum tynni de sale sumen erit. Coliculus siue cauliculus delicatissimus erat Apicii luxui: ia per quem est fastiditus Druso Cæsari uel ut. alii codices ha

Botell⁹ bent blanditus. quod placet. Botellus genus condimenti quod ita conficit Apitius. Botellum sic facies xe

Pultes oui uitellis coctis. Nucleis pineis concisis tum addit talia. Puls: ex farina alicæ oleo & aliis rebus: ut

Iuliane docet Aptius in. y. erant autem pultes suis appellationibus distinctæ nam aliæ dicebantur iulianæ. aliæ

Tracto gale tractogalæ. &c. Premens: nam coronabantur pultes: lucania uel Botello. indust. de Botello: Pultibus hic niueis grata corona datur.

Põpeios iuuenes Asia: atq; Europa: sed ipsum
Terra tegit Lybies: si tamen ulla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe: iacere
Vno non poterat tanta ruina loco.

Ad Quintum.

Quæ legis causa nupsit tibi Lelia Quinte.
Vxorem potes hanc dicere legitimam.

Ad Cinnam.

Profecit poto Mithridates sæpe ueneno:
Toxica ne possent sæua nocere sibi.
Tu quoq; cauisti cœnãdo tã male semper:
Ne posses unquam Cinna perire fame.

Ad Marullum.

Narratur belle quidam dixisse Marulle:
Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

Ad Toranium.

Si tristi domicœnio laboras
Torani: potes esurire mecum:
Non deerunt tibi sessilles propinquæ:
Viles Cappadocæ grauesq; porri:
Diuisis cibium latebit ouis:
Ponetur digitis tenendus ustis
Nigra coliculus uirens patella:
Algentem modo qui reliquit hortum
Et pultem niueam premens botellus:
Et pallens faba cum rubente lardo
Mensæ munera si uoles secundæ:

Marcentes

Marcentes tibi porrigentur uuæ:
Et nomen pira quæ ferunt Syrorum
Et quas docta Neapolis creauit:
Lento castaneæ uapore tostæ.
Vinum tu facies bonum bibendo:
Post hæc omnia: forte si mouebit
Bacchus: quam solet esuritionem.
Succurrent tibi nobiles oliuæ
Piceni modo quas tulere rami:
Et feruens cicer: tepens lupinus:
Parua est cœnula: quis potest negare?
Sed finges nihil audiesue fictum:
Et uultu placidus tuo recumbes:
Nec crassum dominus leget uolumen,
Nec de Gadibus improbis puellæ:
Vibrabunt sine fine prurientes
Lasciuos docili tremore lumbos:
Sed: quod non graue sit: nec infacetum
Parui tibia condyli sonabit.
Hæc est cœnula: Claudiam sequeris
Quam nobis cupis esse tu priorem.

In Zoilum.

Vndecies una surrexit Zoile cœna.
Et mutata tibi Synthesis undecies:
Sudor inhæreret madida ne ueste retentus
Et laxam tenuis læderet aura cutem.
Quare ego nō sudo qui tecum Zoile cœno?
Frigus enim magnum synthesis una facit.

Ad Seuerum.

Non totam mihi si uacabis in horam,
Dones & licet imputes Seuere.
Dum nostras legis: exigisq; nugas:
Durum est perdere ferias: rogamus
Iacturam patiaris hanc: ferasq;:
Quod si legeris ipsa cum diserto
Sed nunquid sumus improbi? secundo:
Plus multo tibi debiturus hic est:
Quam debet domino suo libellus:
Nam securus erit: nec inquieta,
Lassi marmora Sisyphi uidebit.
Quem censoria cum meo Seuero
Docti lima momorderit Secundi.

Ad Emilianum.

Marcentes: prematuræ: ut marcida uina apud Papi. i. præmaturas & marcida uina largiunt. Pira quæ ferunt nomē syrorū. i. pira a syra ex eadē siria zinzipha allata sunt a sexto Papyrio: Augusti tpibus. Docta neapolis: studiis lstarum quæ illic erāt auctore Sira. Vinum bonum facies bibēdo hac sola re q tu bibes uinū bonū esse ōndes quod alioqn nō ē. Mouebit: Nimio uino epoto uomitio reddebat: inde seqbat appetitus & auditas cibi quod teligit Iu. i muliere. De quo sextari9 alter. Ducit añ cibū rabidā facturus orexim. Feruēs cicer cōcoctū. Lupini emebāt aqua tepēti & apti mēsæ ut Pli. Vultu tuo nō cōparato i gratiam alterius: ut cogeris apd Vironē. Leget: ut Lygurin9. Pruriētes lasciuiētes. Cōdylus & cōdilū significat ānulū: cōdil9 itē i musicis dr digitoꝝ curuatura usq; ad dimidium orbē. de hoc iıelligit: uel parui cōdyli. i. exigui foraminis. Claudiā amatam a te Catullus eiusdē secte Cœnabis inqt sed non sine cādida puella: Nā epicurei oēs i uoluptatem cœne adhibent puellā: ut Ora. & alii. Tu cupis priorem. uis eam primum omnium adesse: nā amas. locatur autem ex eo quod dixerat sequeris & subdit quasi opponens priorem. Vndecies: In zoilū eodem ferme epigrāmate quo supra alterū accusauit simulantem febrem: ut ostentaret stragula hic aūt eadem ex cœna surrexerat undecies: & toties mutauerat Synthesim uestem saturnalitiam hac excusatione ne cū sudaret sudor remāeret: & postea læderetur uento: Mar. iqt quare ego non sudo nimirum q̄a unam tātum synthesim habeo. q. d. non habeo quā possim ostētare: si placet sententiam alteram accipe: qd zoilus bene cœnaret & ppterea sudaret. Mar. autem tanq̄ pauper contemptus i extremo lecto accubans male cœnabat sed placet ut dixi prior sensus: ut ostēdat illud nō fieri necessario: sed ut ostentet uestes. Non totā Seuero librum suum emendandum commēdat: quem rogat: ut patiatur hanc temporis iacturam libro legendo quem sperat fore emēdatissimum nec unq̄ interiturum si adhibuerit secundum alterum censorem. Dones: ascribas muneri. Imputes: facias me debitorem. Exigis percenses: & examinas Durum est occurrit tacite obiectioni. q. d. Seuerus ego uolo relaxare aium & nolo emendare nugas tuas. Domino Mar. auctori.

Sisyphus pumilio fuit. M. Antoni intra bipedalem staturam sed hic de Sisypho illo intelligit q apud inferos est & saxum uoluit dicūt. n. poemata adire inferos & interire cum non legunt. Alibi de imortalitate carminis Pigra per hunc fugies infernæ lumina lęthes. Lassi: fessi qm̄ uoluit saxū. Lima: instrumentum fabrile est quo teritur ferrum hic procensura. Momorderit. elimauerit Apta metaphora nam & lima dicitur habere dentes & propterea mordet. Semper eris pauper: Notat figurate tempora sua qbus adeo in pcio erant diuitiæ ut ne patroni quidem diserti conducerētur a cliētibus nisi fuissent diuites qd accusauit Iuu. & mūera orbis tm̄ diuitibus mittebant.

Cōdyl9
cōdillus

Quid promittebas: In Gaurum fœneratorem q̃ ut uideret magnus & liberalis. ꝓmisit Mar. se datu℞.cc.milia itelligens in fœnus. mox Mar. petit duo milia sine fœnore ille nõ dedit poeta solet appellare eos q sibi cõgerũt diuitias nihil amicis ipartientes pusillos. qđ supra dixit in Quintũ: Hec aius gnte pusillus emit. Ait ergo in Gau℞ cũ promittas .cc. milia in fœnus (crede mihi) non magni ai es ut cupis uideri sed pusilli. Nõ poteras dare .s. sine fœnore. Dispereas cõficiate i tuis diuitiis. Pusillus: pusilli ai q̃a non das aliq̃d amicis: & nõ es magni aiũt uolebas uideri. Insequeris eodẽ sensu epigrãmatis lusus ẽ in Diadumenũ. Consequar: hoc ut me nec timeas nec ames: dindimus erat Spado. Tuũ uelle. i. te petentẽ aliqđ. Nolle recusantẽ oscularis: nã ex eo nihil peces. Iã tristis De Galla conquerit̃ q̃ totis saturnalibus cũ amicis munera mitti soleãt: nihil ipsi miserit minat̃ se idẽ missu℞ martiis kalendis. i. nihil cũ saturnalia fœmina℞ celebrant̃. Nucibus relictis ꝓmittebãt̃ lusus in saturnalibus: pueris nuces: uiris alea. qđ utrũq; ꝓhibebat̃ post saturnalia: nã & pueri reuocabãt̃ a magr̃is: & aleatores mulctabãt̃ ab ædilib⁹. Tristis mœstus: q̃a diuti⁹ ludere uellet. Vdus uino igurgitãs qm̃ q iter pocula uersant̃ udi dr̃: in qb⁹ locis aleatores erãt i primis. Proditus cognitus q̃a auscultãs ædilis admouebat aurẽ ꝓpi⁹ si uacui eẽt aleatores. Fritillo: alea Fritill⁹ simũ alueolus idẽ significãt. Arcana q̃a i locis recõditis & arcãis ẽ. Popinæ dr̃ uiliores tabernæ pua & minora ego itelligo de xeniis & apophoretis: nã xenia itelligebãt̃ nõ magni qdẽ ꝑcii sed tñ maioris q̃ apophoreta: & apophoreta erãt minora. Vestra saturnalia: saturnalia celebrabãt̃ a uiris. V. diebus mẽse decẽbri. quo tpe dabãt cœnas suis tãq̃ agẽtes gratias op̃æ toto ãno ꝑstitæ auctor ẽ in saturn a. Macro. cõtra kalẽ. martiis mulieres seruos cœna accipiebãt tãq̃ exhortãtes eos ad isequẽtes ãni operã mittebant̃ ergo mũera uiris mẽse decẽbri mulieribus mẽse martio: auctor ẽ Trãq. i Vespa. nã Vespasianũ scri. dedisse apophoreta & uiris i saturnalib⁹ & mulieribus kalẽ. martiis: de eisdẽ kalẽ. Ora. martiis cælebs qđ agã kalen. Quod dedisti. i. nihil.

SExtus mittit̃: Sextũ librũ emittit. Mar. cuius initio ipatoris nomẽ ueneratur: dũ ait emẽdãdũ eẽ: ut audeat uenire i manus Cæsaris. Ego hoc epigrãma credo ad amicũ scribi q̃uis alii dicãt ipm̃ se alloq. Terseris elimaueris. Aure diligẽti. i. diligenti cẽsura. Magnas: ipatorias. Lusus erat: hoc epigrãmate agit gr̃as Dõi. q̃ inter cætera istitura reuocata lege Iulia sustulerit adulteria: & nouo istituto ꝓhibuerit spadões fieri. Erat lusus habebat̃ ꝓ lusu℞ Fallere cõnubia: facere adulteria. Execuisse mares. i. castrare & reddere spadones hoc uoluit ẽt i grecia Periãder corĩthius. s. ut mares castrarẽt̃ sed ui duarũ cõcha℞ nauis fuit retẽta q̃ illud edictũ afferebat hoc ꝓhibuisse Dõitianũ Trãq l. est auctor. & Papi. in siluis de Earino: Nõdum pulchra ducis de mẽtia cœperat ortu. Intactos seruare mares nunc frangere saxo: Atq; hominem mutate nephas.

Periandri edictum

Semper eris pauper si pauper es Emiliane.
Dantur opes nullis nunc: nisi diuitibus.

In Gaurum.

Quid promittebas mihi milia Gaure ducẽta
Si dare non poteras milia Gaure decem?
An potes: & nõ uis? rogo nõ ẽ turpius istud?
I. tibi dispereas Gaure pusillus homo es.

Ad Dindimum.

Insequeris fugio fugis isequor: hec mihi mẽs ẽ
Velle tuum nolo Dindima: nolle uollo.

Ad Gallam.

Iam tristis nucibus puer relictis.
Clamoso reuocatur a magistro:
Et blando male proditus fritillo.
Arcana modo raptus e popina.
Edilem rogat udus aleator.
Saturnalia transiere tota:
Nec munuscula parua: nec minora
Misisti mihi Galla: quæ solebas.
Sane sic abeat meus december:
Scis certe puto uestra iam uenire
Saturnalia: Martias kalendas:
Tunc reddam tibi Galla: quod dedisti.

M. Val. Mar. Epigrãmaton Liber sextus.



Extus mittitur hic tibi libellus.
In primis mihi chare, Martialis.
Quem si terseris aure diligenti.
Audebit minus ãxius tremensque.
Magnas cæsaris in manus uenire.

Adulatur Cæsar.

Lusus erat sacræ connubia fallere Tedæ.
Lusus & immeritos execuisse mares.
Vtraq; tu prohibes Cæsar: populisq; futuris
Succurris: nasci quos sine fraude iubes.
Nec spado iã: nec mœchus erit te præside q̃q̃
At prius: o mores: & spado mœchus erat.

Sine fraude ſine adulterio. Spado mœchus erat ſpado ducebat uxorē nō ſibi:ſed aliis uñ ipſe erat adul ter ſue uxoris:ut de Othone ſcriptū eſt eo diſticho.Cur Otho mētio ſit quertis exul honore:Vxoris mœ chus cœpe rat eē ſuæ:nã Nero cū ea rē habebat de ſpadone cōquerit Iuue.Cū tener uxorē ducat Spado .i.nō ſibi ſed aliis uel qđ magis placet Spado erat mœchus qm mulieres ſpadonibus oblectabant.Mar. Cur tñ eunuchos habeat tua Gellia qris.Pãnice.uult ſutui Gellia non parere.idē i Paulū erāt igit ſpado/ nes adulteri.& ita in cōmentariis in Iuue.ſcripſimus. Naſcere dardanio:Dōi.iuliã. Ti in fratris filiã ama uit ardentiſſime:quã tādē frequētib⁹ abortiuis coegit pire:nūc parturiebat Mar. uoto quodã & pcibus pſeqt partū:alloqt puerū oritu℞ hoc uerſu. Promiſſum a fatis:nam Aſcanio ſiue Iulio promiſſum erat ad genus romanū te ori turū. Deū:q a Dōi.dñs & de⁹ appellabat. Ha bēas re.i.iperiū. Ipſa ti.ſenſus ē Iulia trahet tibi fila aurea:ex diſciplina hetruſco℞ quoties aut ouis aut aries purpureo auroue colorē aſpgere tur:portēdebat Principi cū felicitate te℞ oium largitatē hoc ſcri.Macrob. ex oñtario tuſco & Vir.indicauit eo uerſu cū uellet portēdere feli citatē principi Auguſto:ipſe ſed in pratis aries iã ſuaue rubenti.Murice iã.c.m.y.l.Eādē felici/ tatē portēdit Sene.Neroni Aurea formoſo de/ ſcēdūt pollice fila.Cū igit Mar.uelit oñdere pue rū hūc fore felicē:ait arietini uelleris in au℞ co lorē mutari:ut fabula eſt de ariete.Phryxi:Iuliã diſpēſaturã fila ſeu deducturã: hic puer potius mihi ui filius Iuliæ & Dōi.q̃ Dōiciliæ ſiue Augu ſtæ nã illū ſuſcepit in ſecūdo cōſulatu nōdū ipa tor hic ipatori Dōi.naſcit. Tibi:ſ portētū tuæ felicitatis uēturæ. Cenſor Eādē laude pſeqt i/ peratorē q reuocata lege iulia ſuſtulerit adulte ria:& mares caſtrari phibuerit qua ēt ſupra eū extulit epigrãmate:Luſus erat nūc ait ex oib⁹ meritis in urbem Romã collatis hoc eſſe pſtan tiſſimum & induerit pudicitiam.Cēſura Domi tiãi carmē eſt phaletiū. Maxime cenſor Domi. inceſtam uirginū ueſtaliū puniuit:multaq; cor rexit auctore Sue.uñ iure maximus cenſor dr.

De Filio Do.

Naſcere Dardanio promiſſum nomen Iulo
Vera Deum ſoboles:naſcere magne puer.
Cui pater æternas poſt ſæcula tradat habenas:
Quiq; regas orbem cum ſeniore ſenex.
Ipſa tibi niueo trahet aurea pollice fila:
Et totam Phryxi Iulia nebit ouem.

Adulatorium.

Cenſor maxime:principumq; princeps:
Cum tot iam tibi debeat triumphos:
Tot naſcentia templa tot renata.
Tot ſpectacula:tot Deos:tot urbes.
Plus debet tibi Roma:q; pudica eſt.

Ad Cecilianum.

Ruſtica mercatus nummis ſum prædia multis
Mutua des centum Ceciliane rogo.
Nil mihi reſpondes:tacitum te dicere: credo:
Non reddes:ideo Ceciliane rogo.

Ad Lupercum.

Comœdi tres ſunt:ſed amat tua Paula Luperce.
Quatuor:& κωφὸν paula πρόσωπον amat.

De Theleſina.

Naſcētia:q̃ nūc ædificant. Et renata q̃ ædifica ta & iſtaurata ſunt. Vrbes tot: adiectas īperio Romano nã Dōi.cattos & dacos populos ger māiæ adiecit ĩpio romão:ædificia Dōitiãi hæc referunt capitoliū iſtauratū:ſo℞ trāſitoriū por ticꝰ duplex:ſtadiū quo℞ alte℞ iſiū alte℞ ſerapiū dictū eſt tēplum flauiæ:mea aurea Minerua cal chiœcha cuius numinis mēinit Pauſanias de tē plis Papi.Et q̃ tibi templa dicamus Ipſe colas. Domitiani Edificia Quod pudica.i.qđ induit pudicitiã phibitis ſtupris & adulteris. Ruſtica.Apertū ē argumē tū & acumē ex uerbis apparet. Sum mercatus emi. Cētū mutua:ſextertia. Ideo Ceciliãe ro go:q a nō ſum redditurus. Cōœdi: Libidinis mulierū uſq; eo progreſſus erat amor ut iã ama rēt mimos & hiſtriones hoc carpit Iu.lōgo car/ miē cui⁹ initiū:A ſt aliæ quotiēs aulea recōdita ceſſant:tū ſeqt Hūc diligit Helia paup Soluitur his magno cōœdi fibula ex hoc Paulæ amor nimius in comœdos oſtenditur.hoc eſt hiſtrio nes comœdiarum:nam amabat quattuor cū tñ in nulla ſcæna poſſent loq plures tribus & ſi quartus hi/ ſtrio introducitur:is nō loquitur ſed tñ ſubauſcultat.quæ dĩr. hoc præcipit.Or.Nec quarta loqui perſo/ na laborat.is cum non loquatur græco uerbo appellatus eſt Cophon proſopon:ideſt muta perſona au/ ctor eſt Diomedes grammaticus uetuſtiſſimus.Poeta inquit cum tres comœdi ſint quattuor amat.Pau la amat:κωφὸν πρόσωπον mutam perſonam quaſi dicat omnes amat quotquot ſunt.

GEO. Comœdi tres funt:fed amat tua paula luperce. Quatuor:& κῶφον paula πρόσωπον amat oſtē tat magis q̄ itelligat hic iactor qd ſit κῶφον πρόσωπον:q̄ q̄ Ora.& Diademem auctores adducan: nō excludit in totū Ora.quartā pſonā a ſcenis:ſed eā parce loq iubet:alioqn nec Plau.nec Teren.legem comœdiæ ſeruarent:apud quos p ſæpe quarta pſona in ſcenis loquif:aliud eſt.n.pce loqui:aliud mutā eē pſonā: Sed qui cophon pſopon ſit:cōmētatores Ariſtophanis aptiſſime docēt in fabula:q̄ inſcribif archarnanes. Inducif nūcius ad dicæopolim a ſpōſo miſſus petitq; ne expeditionē faciat ſed domi maneat:utpote ſe cū uxore oblectās:rogat itē ut in alabaſtrū mittat cyathū pacis quā rē negāte dicæopoli ſubiūgit ſez nu ſpnuba te rogat ut nymphæ noīe tibi ſoli aliqd dicat cui dicæopolis age igif q̄d tu ais: Tū uelut admota aure audiuerit:hæc ſubdit: Odii quā ridicula ſūt ea q̄ me tātope nympha rogarat.ſ.genitalia ſpōſi curet:huc iducias fero:ut ipſi ſolidē qm mulier eſt q̄ uerba exponētes grāmatici dnt p iocū ptuliſſe dicæopolim:q̄ audiuerit a pnuba. Cui⁹ κωφόν hac i pte πρόσωπον ē. Quippe cū dicæopolis illi⁹ q̄ nō loqf uerba pnūciet ergo quotiens uel nr̄a uel alterius pſonæ ſnīa per alios demōſtraf κωφὸν πρόσωπον erit eius cui⁹ ſnīam alius effert.quē morē in dialogos nōnūq̄ traductū fuiſſe uidemus hoc eſt ut ſcriptor in totū taceat declarātibus aliis mētē eius:nā eſt in aliis dialogis ipſius auctoris pſona loquens quā rē ſubiecta Cice.uerba ad Atticū declarāt:Sic enim cōſtituebā nemīnē includere in dialogos eoꝝ qui uiuerent:ſed qa & deſiderari a Varrone:& magni illū æſtimare eos pfeci & abſolui neſcio q̄ bn̄ : ſed ita accurate ut nihil poſſet ſupra academicā oēm qō nē libris quatuor i eis q̄ erāt ptra ἀκατάληψίαν pclare colecta ab Antiocho Varrōi dedi: ad ea ipſe rn̄deo tu es tertius in ſermone nr̄o: ſi Cottā & Varronē feciſſe īter ſe diſputātis:ut a te pximis lris admoneor meū κωφὸν πρόσωπον eſſet: hoc in antiqs pſonis ſuauiter fit: ut & Heraclides in multis:& nos ſex ſed de repub.libris fecimus:ſūt & tres de oratore nr̄i mihi uehemēter pbati i eis quoq; hæ pſonæ ſunt:ut mihi tacēdū fuerit.Craſſus.n.loquif:Anto.Catulus ſenex Iulius fr̄ Catuli Cotta Sulpicius puero me hic ſermo inducitur ut nullæ eē poſſint ptes meæ.Satis ex his Cice.uerbis q̄d Cophō Proſopō ſit cognoſcif:ſed q̄d Poeta ſenſit cū dixit κωφὸν Paula πρόσωπον amat:hoc uidelicet oñdere Paulā occultā quēdā hr̄e amatorē: q ſub alterius pſona q̄ muta ſit rē agat & pulcherrime de amore in comedos loquens ſubiunxit mutā illā perſonam quam comici κωφὸν πρόσωπον appellant amari.

Iulia lex populis ex quo Fauſtine renata eſt,
Atq; intrare domos iuſſa pudicitia.
Aut minus:aut certe nō plus trigeſima lux ē:
Et nubit decimo iam Theleſina uiro.
Quæ nubit toties:nō nubit.adultera lege ē.
Offendor mœcha ſimpliciore minus.

Ad Seuerum.

Prætores duo:quattuor tribuni.
Septem cauſidici:decem Poetæ:
Cuiuſdam modo nuptias petebant
A quodam ſene:non moratus ille
Præconi dedit Eulogo puellam:
Dic nunquid fatuo Seuere fecit?

Petit latenter a Do.Pecu.

Pauca iouem nuper cum milia forte rogarē.
Ille dabit dixit.qui mihi templa dedit.
Templa quidē dedit ille Ioui:ſed milia nobis
Nulla dedit:pudeat pauca rogaſſe Iouē.
At q̄ non tetricus:q̄ nulla nubilus ira:
Quā placido noſtras legerat ore præces
Talis ſupplicibus tribuit diademata Dacis:
Et capitolinas itq; reditq; uias:

DO. Iulia lex:in Theleſinā q cū eēt olim adultera metu legis Iuliæ nup reuocatæ a domitiano aduerſus adulteros nupſit:ſed tanta libidine alieni uiri tenebaf:ut intra.xxx.dies decē maritos habuerit:qd̄ cū ueneficio fieri ſuſpicef Poeta ait minus ſceleris ſibi cōmittere uideri eā q̄ apte eſt mœcha: q̄ q̄ totiēs nubit.

Lux.xxx.dies triceſimus. Renata:reuocata q̄ olim pmulgata a Iulio fuerat. Populis:orbis. Pudicitia ē iuſa intrare domos:ex quo reuocata lex iulia. Quæ nubit toties adultera eſt lege: nā lex phibet mutare uiꝝ:ſed q̄ toties mutat uirū non eſt uxor ſed adultera:nā adultera quoq; uiꝝ mutat. Minus of.min⁹ diſplicet. Mœcha ſimpli.apte adulteriū pfitentē:nā ueneficiū non exercet. Prætores:ſenſus idē eſt q ſupra:cū ſua tpa notās pſuluit Lupo ut iuberet filiū fieri uel citharœdū uel choraulē:& ſi uideref duri ingeni pconē:aut architectū:nā hæ artes erāt pecunioſæ.Laudat igif ſenē q repudiatis ptorib⁹ cauſidicis tribuniſq; Poetis filiā in matrimoniū collocauit pconi. Eulogo:Eulogus nomē pprium pconis eſt: ſed tn̄ fictū

Eulogus nā Eulogus dicif qui bene loquif:qd̄ præconi conuenit. Dic nūquid fa.ſe.ſe.interrogatiue. Fatuo ſ.homine.q.d.prudenter fecit q locauerit filiā pconi:qui in maiori pcio eſt q̄ aut tribuni aut prætores. Pauca:petierat pecuniā ab imperatore:quā non dederat:iteꝝ petere turpe uidebaf:ex ingenio igif ait ſe iterrogaſſe Palladem quare domitianus nō dederit:eam rn̄diſſe ſi non dederit nō ppterea eum negaſſe.q.d. paulo poſt daturū iouē. Ille dabit.i.do. Vel pu.i.pudeat me q etiā pauca petierim a ioue:cū nō dederit: uel Pudeat iouem non dediſſe.& rogare hæc pauca ab imperatore.rogare enim uidef illum cum ipſe nō det.ſed illum per ſe daturū dicat. Diademata:iura ſua:nam dacos in deditionem accepit:permiſitq; . ut ſuo uterenf iure:hoc Papi.laudat:Qui nec extremos facilis ſæuire furores.das cattis daciſq; fidem. Dacis ſupplicibus.uenientibus.in deditionem. Itq; reditq; uias capitolinas.i.triumphos.

O uirgo: o pallas. Cōscia no.to.cōsiliarii Domi.nā Pallas erat numē familiare Domi.ut Quin.uidebatur q̄ Iperator eius cōsilio uti. Si negat hoc uul.tā benigno.q.d.hic uultus ē dantis & nō negātis. Posita gorgo.Egidē pallas nō habebat ī capitolio:qđ factū erat ī assentationē Domiti cuius statua hēbat ægidem ppterea cū alibi interrogaret pallas quare ægidē non hīet:respondit Cæsar hēt:uel posita ægide: qm̄ quū mitis designat deponit ægide:ut apud Pro.& Sili.de pallade cōpta ad iudiciū paridis.iā bellica uirgo Egide deposita atq̄ assuetū casside crinē inuoluit. Putas ea negata:q̄ nō sunt data.q.d.dabit paulo post. In pōpeiano.

Dic præcor o nostri: dic cōscia uirgo tonātis:
Si negat hoc uultu: quo solet ergo dare?
Sic ergo: sic breuiē posita mihi gorgōe Pallas
Quæ nōdū data sūt stulte negata putas?

Ad Leuinum.

In Pompeiano dormis Leuine theatro:
Et quereris: si te suscitat Oceanus.

In Marcum.

Q đ nō sit Pylades hoc tpe: nō sit Orestes
Miraris? Pylades Marce bibebat idem:
Nec melior panis, turdusue dabatur Oresti.
Sed par: atq; eadē cœna duobus erat.
Tu lucria uoras: me pascit aquosa peloris.
Nō minus igenua est & mihi Marce gula.
Te cadmea tyros: me piguis Gallia uestit.
Vis te purpureū Marce: sagatus amem?
Vt præstē Pyladē: aliquis mihi præstet orestē:
Hoc nō fit uerbis Marce: ut ameris: ama.

De Fabulla.

Iurat capillos esse: quos emit: suos
Fabulla: nunquid Paule peierat?

De statua Iuliæ.

Q uis te phidiaco formatam Iulia cœlo:
Vel quis Palladiæ non putet artis opus?
Cādida nō tacita respōdet imagine Lygdos.

Suscitare

Suscitare est aliquē sedentē excitare:is supra Mar.Et sedeo qua te suscitat Oceanus.suscitare idē est dormientē expergefacere. Leuinus ex xiiii gradu.iussus ē abire ab Oceano pfecto theatri.illic.n.sedere.nō poterat cū censum equestrē nō hīet.hic in theatro sæpe numero dormitabat: cū ergo cōqueraf se suscitari de sede quasi.Mar.suscitare aliter accipiat in secūda significatiōe:ridet nō miror q̄ doleas te suscitari in theatro: nā illic sæpe dormitas. Suscitat: expgefacit te.Hic sensus magis placet ut dicat o Leuine tu dormis in tumultu theatri pōpeiani:& cōq̄reris te suscitari a solo Ocea.qđ uī uerisile: nā si tumultus nō pōt te suscitare:lōge minus solus Ocea. Cauillaf aūt hoc uerbo:nā Leuinus intelligebat te suscitari.i.excitari ex sede:Mar.rñdet iocā: quasi intellexit suscitari hoc est expgefieri. Quod non sit. Marcū q mirebaf ætate sua nō existere p amicoꝝ quales Pylades & Orestes fuerūt: & hoc obiiciebat Mar. q̄ se.s.nō amaret:ōndit nō sua:sed Mar. culpa fieri:cū ipse opib⁹ fruaf:& nihil ei detnam oportet oia amicoꝝ eē cōia. Nō sit Py.& Ore.i. q̄ nō sit unū par amicoꝝ q̄les Pylades & Orestes Peloris:genus conchilii nihil hñs intra se preter aquosum quēdā liquorē.Ora.Lucrina peloris. GEO. Me pascit aquosa peloris: nescio an hic hō pelorida aut uiderit:aut comederit:nā mihi nimis arrogāter uī de genere & qualitate peloridis differere:Ast ego cū græca sit dictio qđ græci scribāt in medū adducā Iulius polux enumerans pbata q̄dā a priscis Edulia sic ait: cōchæ pelorinæ: uñ forsan & pelorides nūc appellatæ sunt Eusta. aūt I Diony.scrib.hæc de pelorida ἐστὶ γὰρ κατὰ τοὺς παλαιοὺς πελωρὶς ὄστρεον εἶδος χήμης μεγαλώτερον διὸ καὶ πελωρὶς διὰ μέγεθος λέγεται qđ sic interptaf. Est enim fm antiquos peloris ostreæ spēs chame maior uñ & peloris ob magnitudinē diciť.nā πέλωριον magnū significat: Est autē chame cōcha Aristoteles uero eas in arenis nasci tradit aquosam uero dixit poeta pelorida flacidā & non habentem callum illum:ex quo ualde conchilia cōmedantur.

Peloris

Chame

DO. Tyros cad.i.purpura. Gallia pin.i.pingue sagū gallicū.nā gallia saga mittebat grossioris uilli. Sagatus:indutus sago. Hoc non fit uer.sed opibus cōicatis. Ama:cōicatis opibus. Vt ameris.ut te popibus communicatis prosequar amore. Iurat:Fabulla emerat crines: & iurabat eos esse suos: Marti.ait: eā non peierare:nā supra dixit:Nā qđ emas possis dicere iure tuum.locus est in uerbo. Suos: Fabula iurabat crines esse suos:idest natiuos crines:Mar.inquit non peierare suos ipse intelligens ab ea emptos. Quis te. Ardentissime amauit Iuliā Titi fratris filiā Domi.cuius statuam e lygdo marmore cādidissimo iussit fieri:& ut ardorē amoris fateref:in manu statuæ sculpi ceston.i.baltheū Veneris:nā Iuno apud Home.dum uult Iouē conciliare eū percutit baltheo:& quoscūq; percusserit:eos Venus uertit in amorem.Iuliæ igiť amore incensus Domi.ei iubet inesse baltheum quasi iudicaret se eo esse percussum: epigrāma ē in hanc statuā. O Iulia:filia Titi. Cælo instrō lapicidarū. Phidiaco:quale erat phidie qui diis effingendis aptior q̄ hominibus & ex ebore potissimū claruit Mineruæ simulachro athenis: & statua Iouis olympiaci:hunc appellauit atticū senē Papi. Palladiæ art.nō placet a Palladio sculptore:potius a Palladæ dea artificii:nā solemus pstātiora opa referre ad artificiū Palladis:ita apud Papi.Ate Palladiæ talē germanice nobis Effinxere manus. Lygdus.marmor ī tauro reptū:auctore Pli.āplitudine q̄ lāces & crateres nō excederet:prius tñ ex arabia aduehebaf. Cādida.i.statua ex lygdo.alibi: Totā nitere lygdō. Nō ta.loquēti.

phidias

Ligdus marmor

Decor uiuus.i.naturalis pulchritudo. Ma.tua o Iulia. Nodo acid.baltheo uenereo. Nõ af.blãda. Rapuit.Iulia tñ ardorẽ hẽt:& incutit hic baltheus:ut uideaẽ mihi sublat⁹ collo cupidinis:hoc sensu utiẽ in dist. Collo necte puer meros amores cestõ Deæ Veneris sinu calẽtẽ. Vt mar.si Venus uult cõciliare Martẽ:& Iuno Iouẽ utiẽ isto baltheo:quo tu iperatorẽ Icendisti Iulia:nã apud Home.in.xix.il ia itroduciẽ Iuno petens ceston a Venere:quo uolebat uti ad ꝯciliandũ Iouẽ ad qđ alludens Mar.iã inqt Iuno nõ a Venere nec Venus aliũde q̃ a te Baltheũ petat:quo uris Do. deũ nostrũ. Versus scri.Laberius fuit scriptor mimorũ is mortuus ẽ decimo mẽse post necẽ.Cæ.alter Labe.de quo Mar.hæc:his dicebat se posse scribere optimos uersus:sed nole:hoc ait Poeta nõ eẽ uerisimile.nẽo.n.ẽ q cũ possit scribere nolit ostẽtare suã scribẽdo doctrinã:nã tanta ẽ gloriæ cupiditas:ut q didicerit nullo pacto uelit latere. Disertos: eruditos uersus. Putabo ui.i. fortissimi aĩ pter cæteros q poterit se cohibere a scribendo & q põt scribere uersus:& nõ scribat. q.d. nemo est adeo uir q abstinere possit:nec tu posses si scires scribere. Dũ phaetõtea:laudat partẽ electri: i quo erat inclusa formica supra idẽ est frequẽs argumentũ. Gutta:electrũ & gumi ex populo. Ferã tenuẽ.i. exilem formicã. Vmbra ph. sub populis in quas uersæ sunt sorores Phaetontis. Contẽpta: q̃ nullius pcii erat. Manente uita: dũ uiueret. Cinnam:Cinnã deridet:q cũ Cinnamus uocareẽ:cinnã mutilato noie uolebat appellari:Si antea inqt fuisses dictus. Furius:eadẽ nois mutilatione diceteris fur. Vis uocari cinna emulatiõe cinnæ prisci qui magnã obtinuit auctoritatẽ apud Romanos. Sancta:priscũ patrẽ Salo.nup mortui in hispãia cõsolaẽ:ait enim.Salo nõ eẽ plane mortuũ:sed uiuere ea parte qua semp optauit:hoc est ĩmortali uirtutis noie & fama:alterius Salo.mentio ĩ bucco.Vir. Qui te.i.filius tuus. Nõ de ui: in posthumũ causidicũ ineptũ:q nihil ad ppositã cãm dicebat:& nup conductus a Marti.ut defenderet cãm triũ capellarũ:quas amiserat furto:cœpit cãnẽsem pugnã & bellũ aduersum Mitridatẽ recitare. At mar.clamat dic tandẽ o causidice de meis capellis. Vicillata. Has abesse:subtractas esse. Sonas ci.cladẽ cãnensem. Bellum mithridaticũ gestũ a Luculo:Sylla:& Põpeo cõtra Mithridatem. Syllas:bellum gestum inter Syllam & marium. Mutios:idest bellũ Porsenæ:in quo Muti⁹ sæuola manũ amisit igni. Mutua:In Phœbum feneratorẽ queadmodũ in Gaurũ supra conquestus est:nã hic pollicitus est se daturũ Mar. quã uellet pecuniam intelligens.s.in fœnus:Mar. nunc proposcerat pecuniã sine fœnore.Ille nõ dabat neq; audebat oĩno negare:quid opus inqt est diutius cruciaris:& habeas me sollicitũ:tandem nega. Exigis ergo nihil uerba Phœbi hortãtis Mar.ut aliqd peteret. Perpetuam:Stella Poeta amauit Violãtillam quã longis precibus nunquã potuerat placare.cruciatusq; est miser longo amore:nũc celebrantur nuptiæ tandem.

Et placido fulget uiuus in ore decor.
Ludit Acidalio:sed nõ manus aspera nodo:
Quem rapuit collo parue Cupido tuo:
Vt martis reuoceẽ amor:summiq; tonantis:
A te Iuno petat Ceston & ipsa Venus.

In Laberium.

Versus scribere posse te disertos
Affirmas Laberi:quid ergo non uis?
Versus scribere qui potest disertos:
Non scribat Laberi:uirum putabo.

De formica electro inclusa.

Dũ Phaetontea formica uagatur in umbra:
Implicuit tenuem succina gutta feram.
Sic:modo quæ fuerat uita cõptẽta manente:
Funeribus facta est nunc preciosa suis.

In Cinnamum.

Cinnam Cinname te iubes uocari.
Non est hic:rogo:Cinna barbarismus?
Tu si Furius ante dictus esses:
Fur ista ratione diceteris.

Ad Priscum de Salonino.

Sancta Salonini terris requiescit Hiberis
Qua melior stygias ñ uidet ũbra domos.
Sed lugere nefas:nam qui te Prisce reliquit
Viuit:qua uoluit uiuere parte magis.

In Posthumum.

Non de ui:neq; cæde:nec ueneno:
Sed lis est mihi de tribus capellis
Vicini queror has abesse furto.
Hoc iudex sibi postulat probari:
Tu Cannas.Mithridaticumq; bellum:
Et periuria Punici furoris:
Et Syllas:Mariosq;.Muciosq;
Magna uoce sonas.manuq; tota
Iam dic Posthume:de tribus capellis.

In Phœbum.

Mutua te centum sestertia Phœbe rogaui:
Cum mihi dixisses:exigis ergo nihil?
Inquiris:dubitas:cunctaris:meq; diebus:
Te quęq decẽ crucias:iã rogo Phœbe nega.

De Hiantide & Stella.

Perpetuam Stellæ dū iungit Hiantida uati
Læta Venus: dixit: plus dare non potui.
Hæc corā domina: sed nequius illud in aurē
Tu ne quid pecces exitiose uide.
Sæpe ego lasciuū Martē furibūda cecidi:
Legitimos esset cū uagus ante toros.
Sed postquā meus est: nulla me pellice læsit:
Tam frugi Iunio uellet habere Iouem.
Dixit: & arcano percussit pectora loro.
Plaga iuuat: sed tu iam Dea cæde duos.

In proculinam.

Quod nubis Proculina concubino:
Et mœchum modo: nunc fac maritum,
Ne lex Iulia te notare possitis
Non nubis Proculina: sed fateris.

De Carisiano.

Nil lasciuius est Carisiano:
Saturnalibus ambulat togatus.

Ad Priapum.

Tu qui pene uiros terres & falce cinædos
Iugera sepositi pauca tuere loci.
Sic tua non intrent ueteli Pomaria fures:
Sed puer: aut lōgis pulchra puella comis.

In Lesbiam.

Stare iubes nostrū semper tibi Lesbia penē:
Crede mihi non est mētula: quod digitus.
Tu licet & manibus blandis: & uocib⁹ instes
Contra te facies imperiosa tua est.

Ad Marcellinum.

Marcelline boni sobole sincera parentis
Horrida parrhasio quem tegit ursa iugo
Ille uetus pro te patriusq; quid optet amicus
Accipe: & hæc memori pectore uota tene.
Cauta sit ut uirtus: ne te temerarius ardor
In medios enses sæuaq; tæla ferat:
Bella uelint Martēq; ferū rationis egentes.
Tu potes & patriæ miles & esse decus.

De Sotade.

Periclitatur capite Sotades noster.
Reum putatis esse Sotadem: non est.
Arrigere desit posse Sotadus lingit.

Stellæ & uiolantillæ. Poeta edit hoc epigrāma uolēs demōstrare icredibilē stellæ amorē ī Violātillā. aitq; hoc cōnubio nō Stellā eē flectēdū: qa iā diu cupit: sed potius flectēdā eē Violātillā q̄ hacte n⁹ dura fuerat & inexorabilis: carmē Papi. Idicat de uiolātilla: Redeūt aīo iā dona pcesq;. Et lachrymæ uigilesq; uiri ppe lumīa q̄stus pterea: iāq; cœpit flectet corda libēs: Et iā sibi dura uideri. Hiātida: Violātilla latie græce dr̄ hiātis ab ἴον uiola & ἄνθος flos. hoc ē uiola & flos un̄ latine Violant Papi. Violātillā appellauit: Quo Stellæ uiolātillæq; pfessus cantaret hymēneadē dcā Āsteris ficto noie a Stella. nā stella ita eā appellauit a suo noie stella. n. græce dr̄ aster gn̄e masculino inde deducū fœ. Asteris hoc ē aica asteros. i. Stellæ. Pa. Austeris an̄ dapes nocte asteris ortu. Læta ue. & fauore Veneris celebratas nuptias fuisse scribit pa.

Violantilla
Hiantis
stella
Asteris.
Aster

Plus da. nō po. i. dedi qđ mihi potissimū erat & ita apud Pa. Grāde q̄dē rarūq; uiris quos ipsa pbaui Pierius uotū iuuenis cupit. Dn̄a: Violātilla.

Sed neq̄us isultat amori Stellæ cū Ven⁹ moneat ne relinq̄t Violātillā: quā nullo pacto erat relicturus. Nec pec. ali. i. aliq̄ aliā seq̄tis. Frugi: ptinētē Iup. & Mars iter deos erāt adulteri: ut Iuuena. Adeo senuerunt Iuppi. & Mars. Loro. i. balteo quo scutiebat amor q balthe⁹ dr̄ ēt flagellū. Ora. ad Venerē: sublimi feri as cloē flagello. Duos. i. uiolātillā ēt q̄ hacten⁹ fuit dura ut mutuo amore diligat stellā. Quod nu. pculina adulterū habuerat: cui nunc nupsit metu legis Iuliæ: de q̄ satis supra. Nō nu. inq̄t Poeta pcullā: sed fatet se eē mœchā. q. d. fruebat eodē uiro añ nuptias: in eūdē sensum supra ē dist. Mœchus erat: poteras tñ hoc tu Paula negare: & cætera. Notare: punire. Nō tu. nō accipis uirū: qa antea hēbas. Fateris te. f cum hoc fuisse mœchā. Nil: Deridet Carisianū: q cū synthesim nō hēet in saturnalibus: qua ueste reliq̄ utebant: togā gestabat: Toga. autē in saturnalibus deponebat: & sumebat synthesis: de qua ī distichis. Cū toga p quinas gaudet tegescere luces. Hos poteris cultus sumere iure tuo. nūc gestabat togā Carisianus: q lasciuus eēt: sed q a nō habebat synthesim: ppterea deridet. Tu qui: Deum hortorū rogat: ut suos hortos custodiat in ianiculo.

balthe⁹
flagellū

Stare: Lesbiā impudirā eā supra ostēdit cū dixit. Attica de gēte comā hæc blanda q̄dē erat. sed deformis. iccirco ait eius faciē aduersari blāditiis & eius cupiditati Cōtra te. qm̄ sua deformitate nō sinit tuas blanditias exaudiri. Marcelline. Marcellinū Tyronē Domitiani in Germania mōet. ne in medios enses ruat. sed dispensato calore iuuenili ita pugnet ut pñiæ uiuat. & impatori operā pstet. Soboles sin. i. ueta ples. q imitaris parentē aīo & motibus. Horrida ut. maior. uel ad feritatem uel ad mores gentis germaniæ. q̄ horrida ē. Iugo pa. hoc dixit. qm̄ ursa parrhasia fuit. i. arcas ea fuit Calisto. Iugo. regione septētrionali.

Cauta. prouida uirtus. Ferum Martem. periculosum & multos absumentem. hic Marcellinus fuit hispanus. cui tanq̄ ex eadem patria amanter cōsuluit Mar. Tu po. i. si tu prudenter pugnaueris poteris opitulari patriæ. & fortiter diu agere p iperatore. Periclitat. Hoc argumētū ex multis superiori/

bus notū ē.iocat̄ Poeta in lingētē cūnū.Periclitat̄ ca.i.in piculo capitis est. Esse reū:ideſt trahi in iudiciū. Lingit:iocus ē:nā cūnilingi capit agūt:iccirco hic capite periclitat̄:& ita suspēsum auditorē circūscripsit. Bis uicine nepos:ut ego possum argumentū colligere hacten⁹ caruerat liberis & captatores certatim ei mittebāt falernū & alia ei munera:ut scriberent̄ hæredes:nūc sustulit filiā:& iā carens muneribus captatorū abstinebat falerno olim misso:Mar.eū ꝯsolat̄:hortat̄q; ut det operā uoluptati:& bibat falernū: satis.n. futuꝝ:Filia & pia & locuples erit:q; si cupiat hēe falernū nuſq̄ defuturū:nā si filia nunc cœpit potare mustū:post aliquot annos idē erit optimū uinum & falernū:quāuis nō mittāt captatores:deniq; ait nō solū hi q̄ carent liberis dn̄t bibere falernū & dare operā uoluptati:sed & illi q̄ hn̄t filios pn̄t idē facere ut tu. Nepos:nomē ꝓpriū:ut Iuue.Molā uersare nepotis.Bis uicine.i.in duob⁹ locis mihi uicine. Ficelias:ficeliæ locus erat in urbe apud Pōpeiū est fregellæ: qm̄ hoies urbis fregellæ eū locum tenuerunt.

GEO. Incolis & ueteres tu quoq; ficelias : īueni codicē antiquū in quo ficedulas legit̄ & nō ficelias quā lectionē auctoritate Plautina cōprobam⁹: nā in captiuis nimis facete parasit⁹ numerat placētinos turdetanos:& ficedulenses qppe significās ita ficedulēses a ficedulis deriuari: quēadmodū placētinos & turdetāos nō tā ad oppida : q̄ ad
Ficedule aues respiciēs:ergo ficedulæ loc⁹: uñ ficedulēsis.

DO. Est tibi nata.i.habes filiā. Signat̄ imagine uultus pa.ne suspitio sit adulterii. Tu tū ānoso: hoc dolebat Nepos q; muneribus captatoꝝ careret:ut Iuue.Tollere dulcē cogitat hæredē Caritu rus turture magno. Parce:abstineas annoso falerno:qd̄ miserūt captatorés:quāuis hēas filiam.

Relinq; potius cados plenos ære:q̄ scilicet uino idē alibi:Vnguentū hæredi nunquā:nec uina relinquas.Ille hēat nūmos:hæc tibi pauca dato. Locuples sit:ideſt hēat diuitias. Cecuba uindemia: ideſt cecubū uinū nascebat̄ aūt in Populetis palustribus sinus amyclani iuxta pōtinas paludes: periit ī cut ia colonoꝝ:& angustia loci:sed maxie fossa quā fecit Nero nauigabilem a sinu baiano hostiam usq; hoc uinū tenuit principatū: secūdas partes falernū. Solos orbos:carentes liberis. Pr̄es: q̄ liberos hn̄t ut tu. Possunt uiuere : date operā uoluptati:& relaxare aīum.nā uiuere ut sæpe est dictum:ita accipit̄ apud Mar. Libertus:Attedius Melior habuit pueꝝ natum ex serua domi nomine Glauciam:cuius ingeniū longo carmine testatus est Papi.dum illius mortē defler:quēadmodū hoc loco Mar.Libertus: nā statim manumisit eū Attedius delectatus ingenio & morbus. Cecidit mortuus est. Delitiæ bre.quia.xii.anno mortuus
plonus est. Patronus:dicebat̄ quia manumiserat. Pattonus & libertus correlatiua ut dominus & seruus. Humatus:sepultus.Extra urbem:sepultus erat ī uia flaminia:Papi.plebs cūcta nephas:& præuia flerunt Agmina flamieo q̄ limite miluius ager Transuehit.

Innocens pu.ideſt qui pudorem præse ferebat non ex culpa. Velox inge.quia iam recitabat uersus Homeri & Menandri:ut Papi. Decore fœlix.i.pulcherrimus. Bissenis mensibus:uix applicabat.xii.annum Papi.Hercu!eos annis æquare labores ideſt.xii.annos:Cœperat assurgens. Qui fles:sensus est uiator:qui cōmoueris miseratione Pueri opto mihil unquam in uita habeas flendū. Non:epigrāma in eundem.

Auaræ catastæ:loca erant ubi uendebant̄ pueri a uerbo græco κατίζω q; est expono Persius:Cappadocas rigida seruos uinxisse castata.Tibullus:Nota loquor regnumq; tenet quē sæpe coegit Barbara gyp
Castata satos ferre castata pedes:hic aūt Glaucias non erat emptus ex grege seruoꝝ:sed dominatus:qd̄ indicauit etiam Papi.Non te barbaricæ uersabat turba catastæ. Non do.de ple.non ex plebe: nam populus alexādrinus in sacerdotes & plebem diuidebant̄.i.plebes erant seruitalii liberi Sueto.in Vespasiano: Quidam e plebe.De eadē re Taci.Quidam e plebe alexandrina:& Iuue.cum uellet indicare Crispinum esse seruilis conditionis:Cū pars niliacæ plebis. Munera:manumissionis & suauitatem libertatis.

Ad Nepotem.

Bis uicine nepos:nā tu quoq; ꝓxima floræ
Incolis:& ueteres tu quoq; ficelias.
Est tibi quæ patrū signatur imagine uultus
Testus maternæ nata pudicitiæ:
Tu tamen annoso nimium ne parce falerno.
Et potius plenos ære relinque cados.
Sit pia:sit locuples:sed potet filia mustum.
Amphora cū domina nūc noua fiat anus.
Cecuba non solos uindemia nutriat orbos:
Possunt & patres uiuere:crede mihi.

Epithaphium Glauciæ.

Libertus Melioris ille nōtus.
Tota qui cecidit dolente Roma
Chari deliciæ breues patroni:
Hoc sub marmore Glaucias humatus:
Iuncto Flamineæ iacet sepulchro.
Castus moribus:innocens pudore:
Velox ingenio:decore fœlix.
Bissenis modo mensibus peractis.
Vix unum puer applicabat annum.
Qui fles talia:nil fleas uiator.

De eodem.

Nō de plæbe dom⁹:nec auaræ uerna catastæ
Sed domini sancto dignus amore puer
Munera cū posset nōndū sentire patroni:
Glaucia libertus iam Melioris erat
Moribus hoc formæq; datū:qs blādior illo?
Aut quis Apollineo pulchrior ore fuit?

Immodici.ubis qui nimiū ſapiunt ante ætatē. Rara ſe.i.raro peruenīant ad ſenectutē: Ita Papi.primū eni Glauciā noſtrū cuius gratiſſimā infantiā & qualem plerūq infelices uideſt cito morituri ſortiunt: Apud te cōplexus amabā Quin. Facilis obſeruatū eſt occidere celerius feſtinatā natiuitatem. Cupias non pla.hoc eſt eos quos ames nō cupias hēe multa in ſe pp q̄ placeāt:q a cito,cadēt:q̄ nimiū oib⁹ placent. Sex ſeſtertia.intelligas Pætum promiſiſſe ſe donaturū ſex ſeſtertia:quæ ſi cito donaſſet:Mar. (ut ait) putaret ſe ei debere uon p ſex ſeſtertiis:ſed pro ducentis. Nunc aūt cū ſero dederit amiſit gratiā muneris:q a putabat Mar.ſe nih.l ei debere. Perdidiſti:q a nullas habeo gratias:q cito dat:bis dat.placet intelligas eū accepiſſe in fœnus ducenta:pro quibus iam deberet ſex ſeſtertia:ſi Pætus ſtatim dediſſet: ſed cum poſt ſeptum.k.dederit amiſit ſex ſeſtertia. Cum dubitaret:Otho: quāuis per oēm uitā molliſſime uixiſſet:adeo ut muliebres munditias ſectaret tamen cum ad bebriacum uictus eſſet a Vitello:auſus eſt ſibi cōſciſcere mortē huius fortitudinē laudat & anteponit Catoni hac ratione: Cato interfecit ſe Vticæ rebus iā afflictis: & deſpatis: Otho cum hēet multas copias:& quottidie augerentur ex Dalmatia & Myſia poſt Bebriacum:pterea milites ardentiſſimos ad dimicationem:adeo ut uictoriam potuerit ſperare:mori uoluit dānās bella ciuilia:propterea ut ſcribit Tacitus egregiam famam morte eſt cōſecutus. anteponat igit mors Othonis Cathonianæ: qm̄ Otho ſe interfecit ne bella ciuilia amplius gererent ſe duce: Cato autē mortem ſibi conſciuit copiis deſtitutus. & metu ne in manus hoſtiles ueniret & non ſtudio ponēdo⸗ ciuilium bello⸗. Longa eſt oratio Othonis apud Tacitum ad milites in.xviii. Enyo i furor belli ciuilis inter Vitellium & Othonem. Pauſanias ex carmie Homeri putat Enyo deam una cū Pallade præeſſe bellis:& ea curare. Dānauit ma. i.deteſtatus eſt bellum ciuile. Certa: forti mān.

Immodicis breuis eſt ætas:& rara ſenectus.
Quicqd amas:cupias nō placuiſſe nimis.

In Pætum.

Sex ſeſtertia ſi ſtatim dediſſes.
Cum dixti mihi ſume:tolle:dono:
Deberem tibi Pæte pro ducentis.
At nunc cum dederis diu moratus
Poſt ſeptem puto uel nouem kalendas.
Vis dicam tibi ueriora ueris:
Sex ſeſtertia Pæte perdidiſti.

De morte Othonis.

Cum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo
Forſitan:& poſſet uincere mollis Otho:
Damnauit multo ſaturū iam ſanguie Martē
Et fodit certa pectora nuda manu.
Sit Cato:dum uiuit:ſane uel Cæſare maior:
Dum moritur nūquid maior Othōe fuit:

In Charidemum.

Vxorem Charideme tuā ſcis ipſe:ſiniſq;
A medico futui:uis ſine febre mori.

In Sabellum.

Nil miſerabilius Matho pædicone Sabello
Vidiſti:quo nil lætius ante fuit.
Furta:fugæ:mortes:ſeruo⸗ incendia: luctus
Affligunt hominē:tam miſer:& futuit.

Ad Diadumenum.

Baſia da nobis Diadumene pſſa:quot inqs:
Oceani fluctus me numerare iubes:
Et maris Egei ſparſas per littora conchas:
Et quæ Cecropio monte uagantur apes:
Quæq; ſonāt pleno uoceſq; mauſq; theatro:
Cum populus ſubiti Cæſaris ora uidet.
Nolo quot arguto dedit exorata Catullo

Enyo

Maior:Cæſare:a quo uictus erat. Dum mo.fuit maior Othōe.q.d.nō q a fuit laudabilior mors Othonis:qui noluit deponere bella ciuilia morte ſua q̄ mors Catonis:qui ſe interfecit metu hoſtium. Vxorem: In Charidemū ē epigrāma ſiue diſtichon.qui cū ſciret uxorem hēe rem cū medico id pmittebat. Poeta iocans in eum ait optaſſe mortē ſine fe.nulla enim cā eſt cur permittat uxorē a medico ſubagitari:niſi fortaſſe q a nolit ægrotare unquā amore medici & fide erga ipſū. Vis mo.ſi.fe.i.expilari:nam oīa dabunt medico:nam paupes:mortuos Mar.ſæpe appellat:uel uis mori ſine fe.i.nunq̄ uis ægrotare ppterea conduxiſti medicum hoc munere. Nil miſe. Hoc uerbū miſerabilius totum declarat epigrāma:ſi fuerit itellectum miſerabilem dicit Sabellum hoc ē dignū ſūma cōmiſeratione:non ſolū q a magnam iacturam fecerit iniuriā fortunæ & icōmodis domeſticis:ſed cum ante amaret & poteret pueris nunc ppter magnam calamitatem ē ad mulieres detruſus. Fugæ:ſeruo⸗. Tam mi.lege per interrogationem ut dicat Matho tam miſer eſt q.ſ. tot amiſerit:reſpondet Mar.huic grauius quiddā ineſſe q.ſ.cogat. Et fu.uerbum Mar.reſpondentis.i.hoc addit calamitati q cogit̃ futuere mulieres. Baſia:Diadumenum fuiſſe elegantis oris apud antiquos: ut teſtat Pli.qui ſcribit hunc fuiſſe effictum a Policleto leuiter iuuenē & eam effigiē uend itā.c.talentis:inde Marti. dedit nomen molli puero:huius ſuauia alibi laudat:& nunc exigit iocans in Catullum pauca optaſſe qui potuerit addere nume⸗. Quot in quis:conchæ eiciunt fluctibus. Monte ce.i.hymeto monte attico. Sonant:applaudunt. Subiti Cæ.repente ingredientis. Arguto:bene canenti.

Lesbia: pauca cupit qui numerare potest.

In Cæcilianum.

Septē clepsydras magna tibi uoce petenti
Arbiter inuitus Cæciliane dedit.
At tu multa diu dicis: uitreisq; tepentem
Ampullis potas semisupinus aquam.
Vt tandem facias uocemq; sitimq; rogamus
Iam de clepsydra Cæciliane bibas.

De filio Reguli.

Aspicis ut paruus: nec adhuc trieteride plena
Regulus auditum laudet & ipse patrem.
Maternosq; sinus uiso genitore relinquat:
Et patrias laudes sentiat esse suas.
Iam clamor: centūq; uiri: densumq; corona
Vulgus: & infanti iulia tecta placent.
Acris equi soboles magno sic puluere gaudet
Sic uitulus molli prælia fronte cupit.
Dii seruate precor matri sua uota patriq;
Audiat ut natum Regulus: illa duos.

In Cinnam.

Pater ex Marulla Cinna factus es septem
Non liberorum. nāq; nec tuus quisquam:
Nec est amici: filiusue uicini:
Sed in grabatis tegetibusq; concepti
Materna produnt capitibus suis furta.
Hic qui retorto crine Maurus incedit
Sobolem fatetur esse se Cogisantræ.
At ille sima nare: turgidus labris:
Ipsa est imago Pannici palestritæ.
Pistoris esse tertium quis ignorat
Quicunq; lippum nouit & uidet Damā:
Quartus cinæda fronte: candido uultu:
Ex concubino natus est tibi Lygdo:
Præcide si uis filium: nephas non est.
Hunc uero acuto capite: & auribus lōgis:
Quæ sic mouentur: ut solet asellorum:
Quis morionis filium neget Gyrthæ:
Duæ sorores: illa nigra & hæc ruffa
Croti choraulæ: uilliciq; sunt Carpi:
Iamq; hybrydarū grex tibi foret plenus:
Si spado Coreusus: Dindimusq; non eēt.

Lesbia: hæc noīe ꝓprio dicebat Clodia: sed fictū nomē a catullo ut Ticides poeta Metellā dixit ꝑ Perilla: uñ Ouī. filia nome sumpsit. Nolo qđ dedit q̄a numerata dedit. Notum est carmē Catulli.

Septē clepsydras. Locus est Fabii Quin. q hunc morē ꝯfirmat his uerbis: Bibet aūt iter agēdūq qđ multis moris fuit: & est qbusdā ꝓcul absit a meo oratore. Cecilianus causidic⁹ septē orās poposcerat a iudice septē clepsydras. i. septē horas: nā dicētib⁹ i foro ex more athenieñsiū ꝑscriptum erat tps uerbū extat Demosthēis aduersus Eschinem: ex quo hic mos aptus ē ita. n. ait dic Eschines aliqd aduersus hæc si potes: & ego p̄te mea aq̄. i. clepsydræ tibi ꝯcedā. Cecilian⁹ ꝯcessis septē clepsydris ad dicendū in media actiōe seruēs potabat. Optat Mar. ut patet aquā clepsydraꝶ: hoc ē ut tādē finiat: nā clepsydra uas erat q̄d aqua fluēte horas designabat ut nunc harēa. Arbiter: iudex. Clepsydras septē. i. spaciū septē horaꝶ. Semisupin⁹: sessus recūbēs. Aq̄ ca. q̄a caldā potebāt antiq. Iuue. Caldæ gelidæq; minister an ꝙ magis placet caldā aq̄ itelligit: ꝙ diu miserat i uase ut iā teperet.

De cle. hoc ē ex aq̄ clepsydræ ut tādē finias. Aspicis: Regulus causidic⁹ susceperat filiū huius ingeniū & felicitatē optat Mar. Reguli īgeniū inuisū
regulus fuit Pli. laudatū a Mar. Regulus par. filius. Plena tri. nōdū finitis annis. Auditū pa. orantē Regulū patrē. Sinus ma. idest gremium mris. Laudes su. ꝑtinere ad se. Clamor: clientū. Centū uiri erāt iudices ad quos q̄ ꝑtinerent scripsit Ci. in oratore. Iulia te. capitoliū. Acris eq: sensus est Oratii: fortes creant fortib⁹ & bōis: & sumpsit exēplū ab equo. Cupit ꝓlia. i. ꝑmeditat. Molli fronte: inermi nōdū cornuta: ut Vir. & filius. Natum audiat agentes cās. Illa duos: patrem & filium.

Pater ex Marulla: Adulteria uxoris Cinnæ iocādo cōmemorat: nā Cinna habebat pl. vii. liberoꝶ cū nullū ꝓcreasset: simul sordes adulterioꝶ accusat: ꝙ moriōem pistorē seruos mulier sectet. Nō lib. simul alludit eos eē seruos: q nati sūt ex seruis nō sunt liberi. Grabatis: lectis. Produnt: idicāt. Suis ca. ore. Maurus: niger. Gogisantræ: serui mauri. Nare si. deꝑssa. Pannici: serui dantis operā Palestræ nā palestritæ in familia erant. Damma: erat pistor tpibus Domi. & erat lippus: hoc ē stillantibus oculis. alibi sordidus dr̄ a Mar. Cinæda frōte. i. impudica. Nephas nō ē q̄ nō est fi
Morio lius tuus. Moriones: dicebant q simplici stoliditate mentis & desormi ore risum mouebāt i dicti q̄si græce μωροί dicunt stulti. in dist. Nō mēdax stupor est nec fingit arte dolosa: Quisqs plus iusto nō sapit ille sapit: moriōis mētionē fecit Pli. in epistola. Cœnabis inqt sine moriōe. Choraulæ: tibicinis. Carpus: nomē fictū & uillico cōueniēs:
hybrida nā καρπὸς fructus est. Hybridaꝶ: hybridæ auctore Porphy. in Ora. dicunt q ex iparib⁹ parentibus nascunt: ut canes ex uenatico & gregario: & hybridæ q ex apro & sue nascunt Pli. auctor est: Poeta ista eodem uerbo usus est dum iocaret de sue nato ex apro & sue domestico. hybridæ hi pueri dicuntur qui nati erant e seruis hominibus: & ciue muliere. Alii codices habent niobidarum: ut referas ad numerum filiorum Niobes: sed placet priori scriptura.

Fœmina: Vtrāq; amauerat Mar. Licoridē & Glycerē alterā aspnabat i q̄a anus: & alterā amabat: q̄a iuuenis. Qui recitat focale ligamentū auriū: q̄d oratores sumebāt laneū: ne inter agendū strepitu perterrerent dictū focale a faucibus iocādo illi inquit q sumpto focali recitāt: duo inter pugnātia ostendunt & q̄ non dūt loqui cum habebāt colla reuincta: & quod non possint tacere cum loquantur. Focalis meminit Qui. & Ora. Negat se posse loqui q̄a ligat tanq̄ sit raucus. Et negat se posse tacere q̄a loquit. Hetrusci: Laudat balnea Claudi Hetrusci quæ ēt carmine Papi. celebrat. Oppianus quidā mali erat coloris: ut ĩfra Mali erat coloris Versus scribere cœpit. Op. hunc iocis hortat ut lauet se Claudii hetrusci thermis: atq; ita nactus occasionem eas describit. Illotus: non lotus. Blādient: erūt iucūdæ. Fōtes apo. iuxta patauiū & nunc extant. Rudes: rusticani. Focale

Ad Lycorim.

Fœmina præferri potuit tibi nulla Lycori:
Præferri Glycere fœmina nulla potest.
Hæc erit hoc: q̄d tu: tu nō potes: eē: q̄d hec ē:
Tēpora quid faciunt? hāc uolo te uolui.

In Raucum poetam.

Qui recitat lana fauces & colla reuinctus:
Hic se posse loqui: posse tacere negat.

De Hetrusci thermis.

Hetrusci nisi thermulis laueris:
Illotus morieris Oppiane.
Nullæ sic tibi blādientur undæ:
Nec fontes Aponi rudes puellis:
Non mollis sinuessa feruidiq;
Fluctus passeris: aut superbus anxur.
Non Phœbi uada: principesq; Baiæ
Nusquā tā nitidum micat serenum:
Lux ipsa est ibi longior: diesq;
Nullo tardius a loco recedit:
Sicos Pinguis Onyx anhelat æstus:
Illic Taygeti uirent metalla:
Et certant uario decora saxa
Quæ Phryx & libys altius cecidit:
Et flamma tenui calent Ophitæ.
Ritus si placeant tibi Laconum

GEO. Hetrusci nisi thermulis laueris: q̄ Aponꝰ sit uicinus patauio nemo est q nō norit: cur āt dixerit rudes puellis: quod in primis desiderabā nō satis exponit. In quæstionē hāc soluēdā cū aliqn̄ diligētius incūberē: atq; per acurate multa legerem forte incidi ĩ epistolā Ioānis cassiodori: q̄ mādāte Theodoro rege gothoꝝ ad archiatꝝ patauinū scribit: ut pberet balnea aponi in ea igit epistola tradit eē in aquis aponi stupendā q̄dā cōtinentiæ disciplinā: nā in undā qua uiri recreant si mulier descēdat incēdit: ppterea q̄a & ipsis altera exhibitio decora collata est. s. ne ardentiū aquaꝝ fecundissimū locū nō crederent habuisse: uñ plurima largirent si uterq; sexus uno mūere cōiter uteret hæc cassiodorus. Vnde colligimus rudes intactos: & incognitos puellis: & bene cōuenit pceptis poetæ q̄ mādat oppiano: nisi se lauerit in balneis hetrusci nullas alibi se iuētuꝝ āquas q̄ adeo uiris blādiāt q̄ñ in eodē balneo lauari non pōt fœmina. Fontes Aponi Virorū

DO. Sinuessa: balnea habebat auctore Strabōe qbusdā morbis accōmodata: scri. Tacitus Narcissum libertū claudii eius cœli temperie: & balneis morbo fuisse leuatū. Mollis: amœna: nā ille ager amœnus est. Passer: locus ad orā ĩferi maris ĩ cāpāia. Iu. Dic passer cui tot mōtes tot appula seruas Rura. Anxur. i. terracinenses aquæ. Superbus i. saxo cōditus. Vrbs olī capta est ex āxure mōte uicino: ut Li. scri. Vada Phœbi: an cumāum litus intelligit ubi erat tēplū Phœbi q̄m auctore Papi. auspiciis Phœbi cumæ fuerunt & tēplū illic Phœbi erat q̄d cognoscas ex carmie Virg & Silii: hoc placet an intelligit balnea phœbi de q̄bus Iuue. Baiæ: ĩ littore cumāo multa habebāt balnea & ĩ primis aq̄s possideias q̄s Possidius libertꝰ claudii Onyx Cæ. aperuit. principes: ptimū locū tenētes ĩter balnea. Micat: tā laxū & aptū ē ibi ĩ thermis claudii. Tardius q̄ a thermis Claudii. Onyx: marmor coloris unguiū unde nomen sumpsit: tñ hoc genus marmoris non fuisse in his thermis cāit Papi. Mœret onyx longe queriturq; exclusus ophites: Taygeti me. i. marmor laconicū quod uiride est. Papi. Hic & amiclæi cæsum de mōte lycurgi: quod iuro Taigetum promōtorium laconicæ ut meminit Herodotus. Metalla: tā uenæ ferri q̄ lapidis. Phryx: idest populus phryx marmor sinadicum: nā Sinada urbs phrygiæ iuxta se hēt planitiem oleis consitam docimā uicum: unde lapides effodiuntur: quos incolæ appellāt docimitæ alii dixerunt marmor sinadicum: columnæ inde afferebātur uarietate similes alabastritæ. ubi ego reperies marmor phrygium: expone marmor sinadicū hoc marmor pingebatur purpura inuento Romāorum: Libys: populus & intelligit marmor nomadicum Libyæ quod flauum est Cecidit altius: effodit. Vario de quia phrygium distinguebatur purpura. Nomadicum erat flauū. Ophytes: lapis maculis serpentē distinctus unde nomen accepit: nā οφισ significat serpentem: unde ophites. Virgo: aq̄ quæ in urbem inuehebatur ab octaui lapidis diuerticulo: ea quoniā declinabat Herculāeum riuum dicta est uirgo. q. fugiēs Herculē Virgo haustui martia accōmodata natatui. Martia aq̄ item erat quæ olim dicebatur aufeia eius fons piconia. Martia dicta q̄m primum ab Anco Martio rege: postea a Qu. Martio prætore demū a Marco Agrippa ductu instaurato inuecta ē in urbem. Ritus l. i. mos erat laconum ut natarent leuarentq; aqua frigida quod & Seruius ĩ Vir. est suspicatus &

Onyx taigeti Metalla Sinada cum Marmor docimite ophites Virgo Fons Martia Aqua Piconia Fons

Plu.in uita alcybiadis scribit. Sensus est Oppiane si non uis lauari in thermis potes sudare arido uapore hoc est ubi non sunt aquæ sed tñ sudatur. Arido nã calor ille ex uaporibus igneis fit qui aridi sunt: & postea potes te immergere in aquam uirginem frigidam & martiam nã Claudius duxerat riuum ĩ balnea sua aquæ uirginis & martiæ. Quæ uirgo tã nitida. Lygdon.i.marmor lygdinum sine aquis nitere.qm̃ lygdus est marmor candoris eximii Mar.pro uase & statua fœminino genere protulit. Supinare negligente. Dum tibi laborauerat aduersa ualitudine Mar. sed cum iam conualesceret: secesserat in agrum nomentanum scribit hoc ad Castricum qui erat Baiis: indicat q se iam uix posse ambulare & tñ sibi satis esse putat q possit esse piger id est quod euaserit: & possit exigua spacia perambulare. Confirmant: confirmari dicuntur qui recuperãt ualitudinem conualescentes. Cicero nõdũ satis sum confirmatus. Confirmãt: idest pristinã restituunt ualitudinem. Ocia ruris: idest secessus agri nomentãi. Nympha: aqua Cana a colore quia sulphurea. Aquis sulphureis.i.aqs baianis. Nõ onerosa suis iugeribus.i.quæ paȝ spacii occupauit. Hoc casa: & ocium nomentanum.

(Lygdus) — marginal note beside "re.qm̃ lygdus est marmor"

(cõfirmo) — marginal note beside "perãt ualitudinem conualescentes"

GEOR. Stultissimus mihi uidetur in hac parte Chalderinus: uã non de spacio quod casa siue nilla occupet in agro intellexit Poeta sed ut Plinius ait de positione uillarum in qua modus seruandus est: Ita ut ædificium pro agri merito: & p fortuna domini instituatur: nec.s.difficilius sit sustinere quã condere: dixereq uulgo: ut idem auctor ait optimum eẽ aliena insania: frui: sed ita ut uillarum tutela non sit oneri: quã rem expressit poeta cum dixit. Et casa iugeribus non onerosa suis. Ergo modum probandum dixit ut neq fundus uillam quærat: neq uilla fundum.

DO. Soles.i.dies baiãus & secessus. Quondã olim quum bene ualerem. Laudatas ad undas idest ibã Baias ubi sunt laudatæ aquæ: nã balnea baiana dicuntur a Mar. aquæ laudatæ ut alibi. inter laudatas ad stygamissus aquas. Faciles recessus: quod facile possum accedere exiguo uiæ spacio. Si licet esse pigro: idest si possum hoc parum spacii ambulare. Festiue: In Caliodorum qui iocis & scurrilitate uenabatur cœnas: os ãt fœtebat fellatione: si inquit Mar. dixero unum de te non satis festiue sed uere: hoc est si dixero te fellatorẽ: nemo ad poculũ te inuitabit: nã fellatoris os male olet. Permaduisse multo sale: idest multis facetiis. Arridere: est ridentem risu prosequi. Dicteria: dicuntur dicta urbana græce dicuntur apophthegmata. Belle nõ festiue. Nemo propinat tibi.i.nemo inuitabit te ad poculum: quum sis tã fœtido ore ob fellationẽ. Lusistis: Lygdus mollis concubinus duxerat mœchã: duæ ergo mœchæ erãt cõiũctæ: de lygdo supra: & concubino natus ẽ tibi lygdo. Poeta ridet q lex Iulia hoc pacto seruetur: nã dũ inquit prohibemus adulteria duo adulteri coniunguntur. Nubite lasciui: hoc erat edictũ legis Iuliæ. Non est permissa. uobis nisi casta uenus. Lectoria: mœcha. Turpior uxor erat: nã ambo erãt adulteræ. uel certæ qd placet notat turpitudinem. Lectoriæ q̃ spadonem olim haberet adulterum & nunc uirum turpius inquit est nubere Spadoni q̃ tantum adulteram & mœcham esse. hinc illa indignatio Iuue. cum tener uxorem ducat Spado: ita enim & illum & hunc locum sumus interpretati.

(Dicteria Apophthegmata) — marginal note beside "ctei: ia: dicuntur dicta urbana"

Contentus potes arido uapore:
Cruda Virgine Martiaq mergi:
Quæ tã candida: tam serena lucet:
Vt nullas ibi suspiceris undas:
Et credas uacuã nitere Lygdon.
Non attendis: & aure me supina
Iam dudum quasi negligenter audis.
Illotus morieris Oppiane.

Ad Castricum.

Dũ tibi felices indulgent Castrice Baiæ:
Canaq sulphureis Nympha natatur aqs.
Me Nomẽtani confirmant ocia ruris:
Et casa iugeribus non onerosa suis.
Hic mihi Batani soles: mollisq Lucrinus:
Hic uestræ mihi sunt Castricæ diuitiæ:
Quõdã laudatas quocũq libebat ad undas
Currere: nec longas pertimuisse uias.
Nunc urbi uicina iuuãt: faciles q recessus:
Et satis est: pigro si licet esse mihi.

In Calliodorum.

Festiue credis te Calliodore iocari:
Et solum multo permaduisse sale.
Omnibus arrides: dicteria dicis in omnes
Sic te conuiuã posse placere putas.
At si ego non belle: sed uere dixero quiddam:
Nemo propinabit Calliodore tibi.

In Lectoriam.

Lusistis: satis est: lasciui nubite cunni:
Permissa est uobis non nisi casta Venus.
Hæc est casta Venus. nubit lectoria lygdo.
Turpior uxor erit: quã modo mœcha fuit.

Ad Catianum.

Vapulat

Vapulat:Venetus auriga erat non poterat peruenire metã añ alios pigris eq̃s:quãuis uapularẽt. Turba spectatorũ putabat eos facere magnã rẽ q̃ ad metã uenirẽt añ alios.poeta iocãs ait quadrigã Veneti sibi uideri magnã rẽ facere:q̃ cũ ueheref assidue:nõ curat:de Veneto alibi sæpe de prassino.Cõuiua meus uenetoq̃ loquaf. Vapulat:uerberaf. Facit magnã rẽ:q.s.uapulando ad metã nõ ueniat. Nympha:ante q̃ plene cõualuisset Mar.bibit aquã ex fonte stellæ.uouitq̃ porcã uirginẽ Dianæ:ut alii sentiũt:quod magis placet Proserpinæ:ut Macro.ex sñia Corne.recitat:porca uictima erat Proserpinæ:uouit in quã porcã:si aq̃ illa furti hausta eũ nõ læderet:nũc penitus confirmatus psoluit uotũ:& rogat fontẽ ut sine ullo nocẽdi metu largas aquas pbeat cũ iã satisfecerit necata porca suo crimini q̃ oli æger bibisset optat demũ ut nũc bene ualẽs hauriat fontem quẽadmodũ oli æger biberat. Domestica:intra parietes: Ab antris:ãtiquus codex hẽt ab Anna. Anna soror didonis ad atriã cõsecrata erat:supra ẽ dictũ & satis cecinit Oui.& Sili⁹. Cõiũx nũæ.i.egeriæ:quæ illic numẽ habebat fontẽ.Ab anna.i.ab aritia in qua colebaf diana. Nona de egrege ca.illac .n.fluebat:an alludit ad nouẽ aquarũ ductus qui in urbẽ inuehebãf:q in his noĩbus dicebãf teste.Frõtio:Appia:Anio Vetus:Martia.Tepula:Iulia Virgo:Augusta:claudia:Anio nouus:postea ad tpa usq̃ Diocliciãi.x.&.viii.aquarũ ductus creuerũt:& apte poeta has.ix.aq̃s.ix.musis cõpauit:cũ diceret hãc ĩgredi in domũ poetæ.potes & accipe dictũ q̃ magis placet pp Egeriã q̃ una inter.ix. musas fuit quorũdã sñia.auctor. Plu.Marcus:Mar. Extol. se uo.i psoluit uota.x. Virgine por. i.intacta: nã & sterilis uacca mactaf apud Hõe pserpinæ.Aquã furtiuã.i.clã bibit ex aqua tua. Tu cõtenta meo carmine.i.cũ iã satisfecerim tibi de meo crimine: q̃a mactaui porcã. Sana siti.i.utinã ita sanus sitiã nũc ut oli æger sitiebã.optat potũ alibi egrotans: Setinũ q̃ dñe niues densiq̃ trientes.Quãdo ego uos medico nõ phibente bibã. Quod:Põponi⁹ mala carmina scribebat:quæ cum uellet laudari cœnã dabat amicis hoc carpit Persius: Calidum scis ponere sumen.Idẽ tãgit Ora.in arte poetica: q̃d igif laudenf Carmina Põpõii dicit Poeta carmina non esse erudita sed cœnã .q.d. laudantur carmina propter cœnam. Turba togata.i.romana uel leuiorum hominum turba q̃d placet:nam poeta dicit sæpe se esse inter togatos:cum est cœna alicuius. Clamat grãde sophos.i.assẽtatorie laudat:græca ẽ assentatio q̃ dr σοφὸς.i. ẽ doctus nã græci in modice laudabãt.q̃d Iuue.carpit Laudare paratus &cæ.supra. audieris cũ grãde sophos. Nõ sum:Epigrãma hoc affixit poeta in hortis custodi priapo:Priap⁹ nomẽ ẽ urbis & port⁹ iuxta dardaniã urbẽ cõdiderũt Milesii:ut alii putãt illis deus eodẽ noie colif ex sacris sumptis a corithiis q̃ Priapũ Orneũ colũt:Et eius sacra ornea uocãt Fili⁹ fuit pris Liberi & ueneris ut Diodo.ut Stra. nymphæ huic cũ cæteris Bacchi cõitibus sacra celebrãt ad Alebedũ iuxta Colophonẽ uñ ipse Silenus & reliq̃ comites Alebedi dñr. Vir.Huc Alebede uẽi.huius numinis originẽ tradiderũt ægyptii q̃ pudenda Osiridis coluerunt p deo quem dixerunt Priapũ is non modo inter urbes colitur:sed ẽt ruri fructuum fures castigat Alloquitur costos Priapus. Nã si.i.ficosus fies o fur. Inserta tibi columna mea cupressa:ficus.n.genus morbi:idest qui oritur ex frequenti pædicatione:ex quo iocans alludit ad arborẽ.

Quod cõuiuaris:In Lupercum:iocaf qui nunquã eum inuitauerat.Nam inquit sum ubi iratus & noui qua ratione te ulciscat.Quid facies:inquit Lupercus ueniam:& ita tuam auaritiam ulciscar. Conuiuatis.conuiuia facis. Irascar:tibi. Licet:quamuis me sæpe uoces.

Aquæ Ductus

Priapus
Orneus
Ornea
sacra
Silenus
alebed⁹

Vapulat assiduo Veneti q̃driga flagello.
Nec currit:magnã rẽ Catiane facit.

Ad Hiantida Nympham.

Nympha mei Stellæ q̃ fonte dõestica puro.
Laberis:& dñi gẽmea tecta subis,
Siue Nũæ coniunx Triuiæ te misit ab antris
Siue camœnarum de grege nona uenis.
Exoluit uotis hac se tibi uirgine porca.
Marcus:furtiuã q̃ bibit æger aquã.
Tu cõtenta meo iã crimine:gaudia fontis
Da secura tui:sit mihi sana sitis.

In Pomponium.

Q d'tã grãde sophos clamat tibi turba togata
Non tu pomponi:cœna diserta tua est.

De Priapo.

Non sum de fragili dolatus ulmo:
Nec quæ stat rigida supina uena:
De ligno mihi quolibet colũna .ẽ
Sed uiua generata de cupresso:
Q uæ nec sæcula centies peracta:
Nec longæ cariẽ timet senectæ.
Hanc tu:quisquis es o malus:timeto.
Nam si uel minimos manu rapaci.
Hos de plamite læseris racemos:
Nascetur:licet hoc uelis negare:
Inserta tibi ficus in cupresso.

Ad Lupercum.

Q uod conuiuaris sine me tã sæpe luperce:
Inueni:noceam qua ratione tibi.
Irascar:licet usq̃ uoces:mittasq̃:rogesq̃.
Q uid facies:inquis:quid faciam?ueniã.

Epi. Pantagathi.

Hoc iacet. Panthagatum tonsorem laudat qui nuper erat mortuus: cuius manus facilitatē & leuitatē tā/ tā fuisse scri. ut terra quāuis cupiat ei esse leuissimā nō tñ possit esse leuior q̄ manus fuerit. Pāthagathus seruus erat. Rapti: dñr q̄ moriuntur annis puerilibus. Vagos: inæquales. Vix ferro tangente: forcipe. Excoluisse: expolire. Genas hirsutas. i. barbatam faciem. Lotus: Hermocrates medicus fuit qui pluri/ mos imperitia necabat. In nunc scri. poeta ait. n. Andragorā una locū fuisse in balneis & cœnasse hilarē: sed inuētū māe dōi mortuū quare īqt hoc accidit. nimirū uiderat in somno Hermocratē cui tāta est pnicies ut nō mō si medetur: sed ēt si cer/ nit aliquo pacto interficiat. Tātos: Sextilianus hæc uerba sæpe nūero usurpat tātos: & tantas. hoc accidere ait q̄ amet mutōiatos. Tantos & tantas draucos ut diximus amabat hoc ē p grādes iuue/ nes: q̄ hispidos & barbatos pcidebāt. Tātos. i. per grādes pueros. Tātas. i. mētulas: hoc ēt supra no tauit poeta: Dormis cū pueris mutoniatis i phœ bū. Secti podicis: ipudicū fuisse Carinū duobus epigrāmatibus supra ōndit: quoℛ utrūq; indica/ uit eū pudēda muliebria lingua sectari: Catāitum indicat hoc ē puerū meritoriū tāta libidine ut nul lū faciat finē pruriginis: q̄uis iā iutilis sit. Cū co leret. idē sensus ē apud lu. Diligit nēo nisi cōscius. Thelesinus q̄diu caste & pudice adolescētes ami cos coluit nihil ē assecutus: cū primū āt cœpit cu/ rare turpes pueros: & illoℛ libidinis cōscios eē fa ctus ē diues Iuue. Nil tibi se debere putat nil cōfe/ ret unq̄ pticipē q̄ te secreti fecit honesti. Pudica basia: & casta familiaritas nihil pōt pstat: sed si fue ris cōscius alienoℛ scelerū euades diues. Basia p. castos cōgressus alcoℛ. q. d. oportet īter turpes uersari. Quod sp: in Coracinū cuius anhelitū fœ tidū unguētoℛ odores emēdabāt: poeta optat nil potius olere q̄ olere unguēta quasi indicaret eū unguēta sumeř: q̄ a male oleat. & i posthumū idē est sensus: Posthume nō bñ olet q̄ bñ semp olet. Nos: me. Casia intra paludes in Arabia colligiř aduersus duo uespertilionū gñā pugna. Niger unctus. Nido superbæ alitis. i. nitido phœnicis: nā phœnix moritura & ex casia & thuris surculis ni dū cōficit queādmodū autore Pli. scripsit Manili us. Mendosum alterutrū codicē arbitror Pli. aut Hero. nā Pli. ita scri. Cinnamomū & casias: fabulo sa narrauit antiquitas: princeps Hero. auium ni/ dis: & præsertim phœnicis in quo situ liber pē sit educatus: easq; decuti in rupibus inuiis frusto car nis allato: aut plūbatis sagittis: hæc Pli. Hæro. eo loco ubi scri. de cinnamomo de phœnice nullam mentionē fecit: scri. tñ arabes hoc cogitasse ut coa ctū cinnamomū in nidū decutiāt obiiciunt asino/ rū aut boum mortuoℛ corpora secta in frusta: q̄ aues nidis inferentes nidos ea mole dissipāt: atq; ita cadentes: surculi ab arabibus colligunt: de plū batis sagittis nullū extat Hero. testimōium quod Pli. scri. Niceroniana. unguenta erāt a magistro tabernæ Nicerote ut cosmiana a cosmo: Nicero/ tes āt unguētarius syrius fuit huius Laberius me minit ut mox diceř. Plūbea dñr unguenta nō tā a colore ut mihi placet q̄ a cōfectione ipsa: nam in uasis plumbeis in umbra coquebanř autore Pli. quoniam sol erat ei inimicus. Fragras redo/ les. Plumbea: decocta in uasis plumbeis.

Phenix

Nicero/ tes

Hoc iacet in tumulo raptus puerilibus annis
Panthagathus: domini cura: dolorq; sui.
Vix tangente uagos ferro resecare capillos.
Doctus: & hirsutas excoluisse genas.
Sis licet inde sibi tellus placata: leuisq;
Artificis leuior non potes esse manu.

De Andragora.

Lotus nobiscum est hylaris: cænauit: & idē
Inuentus mane est mortuus andragoras.
Tā subitæ mortis causam faustine requiris:
In somnis medicum uiderat hermocratē.

De Sextiliano.

Tantos: & tantas si dicere Sextilianum:
Aule ueres: iunget uix tria uerba miser:
Quid sibi uult: inqs dicā quid suspicer esse:
Tantos: & tantas sextilianus amat.

Ad Papilum.

Mentula tā magna est. tātus tibi papile nasus
Vt possis: quoties arrigis: olfacere.

In Carinum.

Secti podicis usq; ad umbilicum
Nullas reliquias habet Carinus:
Et prurit tamen usq; ab umbilicum.
O quanta scabie miser laborat:
Culum non habet: est tamen cinædus.

De Thelesino.

Cum coleret puros paup thelesinus amicos:
Errabat gelida sordidus in togula.
Obsenos postquam cœpit curare cinædos:
Argentum: mensas: prædia: solus emit.
Vis fieri diues Bithinice: conscius esto.
Nil tibi: uel minimum: basia p. a dabūt.

In Coracinum.

Quod semper casia: cinnamoq;
Et nido niger alitis superbæ
Fragras plumbea Niceroniana:
Rides nos Coracine nil olentes
Malo: q̄ bene olere: nil olere.

In Charidemum.

Quod tibi

Quod tibi: in senem hispidum fellatorem hic ũt alienus a libidine uideret: ostentabat setas & mẽbra hispida: at Poeta ĩquit alia corporis parte eũ posse eẽ turpẽ & libidinosum & leuius crimẽ futuere: si depilato corpore suspitionẽ ꝓbuerit ꝙ sit cinædus. nã id qđ agebat erat sceleratius. Charidemus dr̃ qui delectatur fama populari. Dare uerba. decipere. Crede mihi sequere consilium meum. Multa dicere loqui uaria. Fac putent te pædicari: nam quod putant te fellatorem esse turpius est. Mentiris in Phœbum iam canum: sed dissimulantem canitiem unguẽto. non erit inqt opus tondere: nã sola spongia poterit caput tuũ o Phœbe detergere. Pictis: unctis ut nigri essent. Radere: detergere spongia tergendis mẽsis utebanť antiq: qđ distichon indicabit: spongia itẽ piscis erat tribus gñibus ut Pli. scri. hærens lapidibus ita ut uix auelli possit sed hic de spõgia nõ pisce intelligit.

Charidemus — *Spógia*

Quod tibi crura rigent setis: & pectora uillis
Verba putas famæ te Charideme dare.
Extirpa (mihi crede) pilos de corpore toto:
Teq́ pilare tuas testificare nates.
Quæ rõ est: iqs? scis multos dicere multa:
Fac: pædicari te Charideme putent.

In Phœbum.

Mentiris fictos unguento Phœbe capillos:
Et tegitur pictis sordida calua comis.
Tonsorem capiti non ẽ adhibere necessum:
Radere te melius spongia Phœbe potest.

Ad Aulum.

Cernere parrhasios dũ te iuuat Aule triões:
Cõminus & scythici sydera pigra poli.
O quã pene tibi stygias ego raptus ad undas
Elysiæ uidi nubila fusca plagæ.
Quãuis lassa tuos quærebãt lumina uultus.
Atq́ erat in gelido plurimus ore pudẽs.
Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores
Stamina: nec surdos uox hẽt ista Deos:
Sospite me sospes latias reueheris ad urbes.
Et referes pili præmia clarus eques.

In Baccaram.

Et dolet: & queritur: sibi nõ cõtigere frigus
Propter sexcentas baccara gausapinas.
Optat & obscuras luces: uentosq́: niuesq́:
Odit & hybernos: si te puere: dies.
Quid facere mali nostræ tibi sæue lacernæ?
Tollere de scapulis: quas leuis aura potest
Quãto simplicius: quãto ẽ humanius: Illud:
Mense uel Augusto sumere gausapinas.

In Inuidum.

Laudat: amat: cãtat: nr̃os mea Rõa libellos
Meq́ sinus omnis: me manus oĩs habet.
Ecce rubet quidã: pallet: stupet. oscitat: odit.
Hoc uolo: nũc nobis carmina nr̃a placẽt

Cernere: ad Aulũ pudentem amicũ militãtem in germãia huius supra bis mẽinit cũ de Encolpo puero loquereť: nũc significat se cõualuisse ex grauissimo morbo quo illo absente laborauit sibi ãt eẽ in uotis ut ille primi pilaris reuertať sospes. nã aulus pudens primipilũ maxime affectabat: qđ centurionibus dabať cum rẽ bñ gessissent dignitate equestri: ẽt si quadrigenta sextertia nõ possiderent. Plagæ regionis. Triones parhasios: septentrionẽ in germãia ab ursa parhasia. Sidera: pigra bootes & ursa: qa nunquã nobis occidunt. Pigra: nunquam nobis occidentia.

Lassa. languentia. Plurimus pudens: ita codex antiquus habet & ita est legẽdum non autem pudor. pudens. i. nomen Auli pudentis. Plurimus sæpissime erat in ore. s. mihi: hoc est sæpe te lãguens nominabam. Clarus eques: in equestrem dignitatem ascitus. Pulla stamina parcæ ducunt in felicibus: sensus est si non sum oĩo inuisus diis & infelix. Vox. meũ uotum. Surdi dicuntur dii qñ non audiunt uota. Et dolet: Baccharis significat nardũ rusticum: autor est Pli. hic Baccara nomen est proprium. Gausapina penula: erat toga q̃ gestabatur sublato clauo ut alii scribunt erat tunica laticlauia ea texebatur in modum gausape miro candore uillorum gestabatur hyeme. Bacchara multas gausapinas habebat & optabat perpetuã hyemem his ostentandis. Mar. trita & Lacerata tunica accusat Baccharam ꝙ sibi bene induto frigus optet cum idem noceat poetæ habenti tritas lacernas. Frigus: hyemen & dies frigidos. Sexcentas: non sexcentas sed multas nam sexcentum nomen erat in promptu uolentibus significare magnum numerum. Cic. sexcenta incommoda sum perpessus in tuenda Repu. Gausapinas: uestes. Luces obscuras. idest nubilos dies. Hibernos: hyemales. Si te puere: si incaluerunt sole.

